





Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13  
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33

Lib. 9  
MM. 6 10





FAVENTE  
IMPERII-ROMANI

SATORE ET STATORE DEO,  
CONCEDENTE

MAGNIFICO NOBILISS. JCTOR. ORDINE,  
PRESIDENTE

DN. GOTTFRIDO SVEVO,

J. U. D. P. P. Celebratissimo, Curia Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessore Gravissimo,  
Præceptore atq; Patrono summo animi  
cultu æternum prosequendo.


ROMANO-GERMANICAM REMPU-  
BLICAM DISSERTATIUNCULA  
PUBLICA

*Placido Eruditorum examini  
sistit*

JOHANNES CHRISTIANUS

SEJDEL / Haynâ - Misnicus,  
A. & R.

*In Acroaterio Jctorum  
Addiem Decembr.*



WITTEBERGÆ,

*Ex Ergasterio JOBI VVILHELMI FANCELL,*

ANNO clō lōc . LI.

XXXII

1491 6 se




V I R O  
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,  
*Virtutis atq; Eruditionis Gloriâ Emi-*  
*nentissimo,*  
DOMINO CHRISTIANO  
K E Z E H B R O D D /  
Hereditario in Klingenberg &  
Pesterwitz /  
*Serenissimo ac Potentissimo Electori*  
SAXONIÆ  
â Consiliis & Secretis Sanctioribus,  
DOMINO AC MECÆNATI SUO SUMMO,  
*enixissimâ animi propensione atatem*  
*colendo,*

*Hasce Primitias Academicas, Perexigui Conatus argumen-*  
*tum, nunquam intermoritura Gratitude & Obser-*  
*vantia semper devotissime monu-*  
*mentum,*

*Hoc dico consecroq;*

JOHANNES CHRISTIANUS Seidel/  
A. & R.





In Nomine Domini nostri JESU CHRIS-  
TI ad hunc actum progrediar.  
arg. l. 2. de C. offic. pref. prator.  
Afric.

**D**E Imperii Romani magnitudi-  
ne quamvis silere quam pauca dice-  
re praestaret, peritiq; Viri sit, atte-  
stante Lipsio, maximo magnitudi-  
nis Romanae admiratore, juxtaq;  
illustratore, non dicam describere,  
sed capere & credere, QVALIS  
ROMA fuerit; illam tamen & ex antiqvis libris &  
inscriptionibus collectam summam cum laude ad po-  
steritatem transmiserunt Viri undiqvq; consumma-  
tissimae eruditionis; etenim inter summa Imperia &  
admirandas magnitudines, quas rerum Sator & Sta-  
tor DEUS esse voluit, ceu stella primae magnitudi-  
nis eminent ROMANORUM POTENTIA:  
Legi digna illa Claudiani de Romam versus lib. 3. de lau-  
dib. Stilicon. Hec est exiguis, &c.

Nec hoc Livii, lib. 1. in praefat. oper. veritatis  
Magistri, legere pigeat; Nulla, dicentis, unquam  
Respublica nec major nec sanctior, nec bonis exem-  
plis ditior fuit. Quemadmodum mare, uti ille Ju-  
stus Aristides ad Senatum Romanum perorat, fluvio-  
rum accessione non crescit, nec abcessu minuitur,  
quasi ipsius capacitas cum illis fato quodam conjun-  
cta sit: ita in Urbe quicquid est praemagnitudine  
conspicuum, nec hominum accessione crescit, nec di-  
scessu minuitur; utq; in singulis fit urbibus, ita  
vos totum Orbem ut unam Civitatem administrantes,  
omnibus populis Magistratus datis. Illa itaq; excel-





sa, angustaq; Roma, nequicquam inspectante invi-  
 diâ, in perfectissimum excrevit robur, rerumq; gen-  
 tiumq; domina extitit, & æterna Urbs nominari cæ-  
 pta fuit. Licet verò ut omnia inevitabili necessi-  
 tatis lege in certum nascendi, pereundiq; fatalem  
 gyrum abeunt, & longævum nihil in hac machinâ sit,  
 nihil æternum, sic & Roma non uno periisse letho,  
 & ambitiosè hodiè videtur quis eandem quærere,  
 nec inveniet in suo solo; quot enim Regna Scytha-  
 rum Tyrannus eidem eripuit, quot potestates & Re-  
 spublicæ à matris potestate exeuntes sui juris factæ?  
 Hoc tamen Imperium cum ævo duraturam felicita-  
 tem vel ex ipso divino Oraculo consecutum est; cui  
 & virtus atq; fortuna pariter æternitatem promi-  
 serunt, quodq; omnibus Regnis, quæcunq; latissimâ  
 orbis Christiani orbitâ continentur, dignitate & Ma-  
 jestate sublimius est, à quo prodire Imperia omnia,  
 in cujus tranquillitate totius Christiani orbis salus  
 conquiescit; cuiusq; alii Reges & Principes, censen-  
 te *Michaele Ullcurr. de regim. mund.*, quasi appendices  
 censentur. De hoc Imperio Augustissimo impræ-  
 sentiarum dissertare qualia qualia eaq; pauca animus  
 est; Veniam hujus conatus mei facilè me apud æ-  
 quos rerum censors impetraturum confido, nec e-  
 nim famæ alicujus aucupandæ gloriolæq; venandæ  
 causâ provinciam hanc tento, sed ut quid hætenus  
 [absit dicto jactantia] in Academiis, ubi studiorum  
 maturandorum gratiâ egi ætatem, in patrio profece-  
 rim jure, patefaciam: subit enim mentem illud  
 Jctorum; Turpe esse versanti in patriâ ejusdem  
 ignorare jura; & quâ aviditate & stabili mente  
 quidam aliarum Rerumpublicarum jura sibi familia-  
 ria reddere satagunt, sic Patriam Germaniam & ipsius  
 quædam Jura, per modum dissertationis proferre  
 gestiit animus. Ut verò cæptum meum cedat felici-  
 ter, annuat eidem quæso Numen.

§. I. In-





§. I. Incunabula Reipublicæ nostræ DEO deberi, inficias nemo sanus ibit; ille enim ejus productor stabilitorq; est; illeq; solus mascula Romuli, hujusq; Nepotum animavit pectora, ut conderent, ordina- rentq; civitatem; quæ Gentium aliquando potiretur, loquente *Floro lib. 1. cap. 1. in fin.* quæ ipsa per rerum cellitudines, seculorumq; interruptos cursus admi- rabili felicitate procurrens in consortium sui admi- sit Germaniam; postquam enim convenientibus DEI, Imperatoris Orientalis, Pontificis Romani, Ordinumq; unanimibus suffragiis, Carolus ille verè magnus Imperator electus atq; confirmatus esset, transtulit decus Imperiale in Germanos, facilè virtu- te mentibus Romanorum pares, ut qui Imperii di- gnitatem heroicis factis meruissent, & gloriâ ejusdem radiarent.

*Origo & caussa effici- ens R. Im- perij.*

§. II. Mirandum, veteres Romanos ex parvis adeoq; minutissimis principiis tam amplam sibi con- stituisse Rempublicam & totum exinde terrarum or- bem sibi adjunxisse, & pressisse, ac tuitos esse Impe- rio: *Novell. 24. in præfat.* Ita tamen est, domitâ e- nim, subactâq; Italiâ, *Vid. Flor. lib. 2. cap. 1.* Po- pulus Romanus orbi terrarum fortitudine jam par, Africam, Europam, Asiam, totum deniq; orbem terrarum bellis, victoriisq; peragravit. Postea- quam verò idem in tantam excreverat vim, ut vix ul- lis externis viribus extingvi posset, invidens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium suum armavit, & factionibus suorum quasi diluvio quodam & inflammatione corruptum: *Idem lib. 4. cap. 2.* inde ut hominibus singulis infantia, adole- scentia, robur & senectus est, sic & ipsa Respublica Romana incepit, crevit, floruit, atq; omnia ideò, ut caderent. Nec enim negandum, quod Imperii no- stri invidenda olim potentia in venis & visceribus malè hodiè hæreat, vixq; quadragesimam portionem

*R. Imperii Etates.*





*Jure quædam Regna quæ olim parebāt Romanis, se R. Imperio eximere.*

veteris Monarchiæ æquent modernæ possessiones. *Reink. lib. 1. cl. 2. cap. 8. n. 5.*

§. III. Ut verò illud demus, injuriâ & uti loquuntur, de facto, sese eidem subtraxerint quædam regna, cum enim non æquo semper Marte [ *videndus omnino Flor. lib. 2. cap. 2. in pr. ibi,* specie quidem socios juvandi &c. ] gentes subjugaverit Roma, quidni & eidem sese subtrahere potuissent? quod enim quisq; juris in alium statuit eodem jure & ipse utatur: Id tamen de omnibus asserere non habemus, cum legitimis suffulta causis Regna quædam desierint Romanis parere; ut exemplo id probem; Hispania exempta est, quia ipsa sese ab Arabibus infestantibus, & occupantibus eximere necesse habebat. Et quot temporū fluxus præteriere, ubi Regna illa Romæ non paruerunt? Sed & Regna illa defenduntur per præscriptionem: Sicut enim actiones privatæ legitimo excluduntur tempore, ita & actiones publicæ eodem gaudebunt spatio. *Wurms. exerc. 1. ad jus publ. q. 24. §. 4.*

*Forma Imperii R. jam fuit Monarchia jam Aristocr. jã Democrati- ca & iterum Monarchi- ca.*

§. IV. Formam Imperii Romani pro diversitate temporum dimetiri necesse est; à Romulo usq; ad Tarquinium postremum Regum, Regiam fuisse, cuius constat; Quo ob jugem crudelitatem ejecto, Aristocratica facta videtur, quippe populus Rom. ad vindicandum [inter alia] libertatis decus, Regem repente destituit, imperium in libertatis vindices transfert, mutato tamen & jure, & nomine; quippe ex perpetuo annum placuit, ex singulari duplex; ne potestas solitudine, vel morâ corrumperetur. *Flor. lib. 1. cap. 9.* Quem Duumviratum mox Democrati- ca excepit; inter cætera enim omnia, ob quæ vehementer cum Senatu certabatur, nullius acrior custos quàm libertatis fuit populus, nullaq; in pretium ejus potuit largitione corrumpi, *Flor. lib. 1. cap. 26.* donec tandem Lege Regiâ latâ ad Augustum summa rerum rediit, de quo in rerum perturbatione maximâ gratulandum



landum populo erat, hic enim sapientiã suã atq; so-  
lertiã, perculsum undiq; & perturbatum ordinavit  
Imperii corpus, quod haut dubiẽ nunquam corre &  
consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu quasi a-  
nimã & mente rectum fuisset. *Flor. lib. 4. cap. 3.*

S. V. Hanc Monarchiam adhuc hodie esse, quamq;  
usq; ad seculi consummationem duraturam putan-  
dum, contra *Campanellam in discursu suo de Monarch.*  
*Hisp* in quo quot corrigenda veniunt? Si DEUM, Pru-  
dentiam & Occasionem ad Monarchiam adquiren-  
dam concurrere necesse est, quot Monarchias [ & sic  
non quatuor secundum vaticinantem Danielem ]  
numerare licebit? Monarchia, quæ latissimum est  
Imperium secundum Prophetam, Hispania esse,  
nequit, cum à Papã adjuta, indulgentiisq; amplissi-  
mis secundum Campanellum munerata, quæ duo sa-  
cræ literæ damnant, in id potentiæ excrevit: deinde  
volutet quis animo, ut inde de *Companella* judicare  
habeat, hæc *cap. 3.* verba: *Nos quoq; persuasum ha-*  
*bere debemus, verum DEUM ad diabolicas Romano-*  
*rum, Grecorum & Chaldæorum superstitiones respon-*  
*disse, ministerioq; Angeli cujusq; Regni fuisse usum?* cui  
Christiano hæc sapient? ut verò ex *illo cap. 3.* conji-  
cere possum: Campanella Prophetiam Danieliticam  
etiam de Hispaniis exponit: *quod enim Vates de*  
*Imperio Babylonico loquitur, id quoq; de Romano intelli-*  
*gendum esse ait: unde Petrus & Johannes Romam vocant*  
*Babyloniam: & quod de Hierosolymã & de Regno He-*  
*braico dictum est, id accipiendum quoq; de Ecclesiã Ro-*  
*mana: & in fin cap 3. Unde clavem invenisse mihi vi-*  
*deor, quã mihi aditum patefaciam ad cognoscendum or-*  
*tum, regimen, incrementum & finem Regni Hispanici &c:*  
Sed hoc certè à dissolutis scopis argumentari esse,  
discursus fortè patefaciet: solum nostrum Imperium,  
quartam esse & mansuram usq; ad seculi finem, Mo-  
narchiam, LUTHERUS, cujus testimonium sat locu-  
ples,

*Nostrum  
Imperium  
est ultima  
Monar-  
chia.*





ples, asserit in *prefat. sup. Daniel.* §. am 7. Capitel:  
 Daß wir nunmehr nichts gewissers zu gewarten haben/  
 denn des Jüngsten Tages / dann der Türcke wird nicht  
 mehr Hörner über die drey abstoßen: & in §. am 2. Ca-  
 pitel: Es muß bleiben bis an Jüngsten Tag/wie schwach  
 es immer sey/denn Daniel leugt nicht/und bisher die Er-  
 fahrung auch bewiesen hat. *Monarchica ergo est no-*  
*stra Respublica; in propatulo enim est penes Impera-*  
*torem jura quædam propria esse, quæ nunquam Stati-*  
*bus communicata: ipse quippe solus in Imperio ex*  
*plenitudine potestatis imperat. A. B. tit. 3. ibi, aus*  
*Vollkommenheit Kayserslichen Gewalts: solus postremæ*  
*post se dignitatis privilegia confert. A. B. tit. 8. §. 11.*  
*solus in Imperio jura territorialia iisq; annexas Rega-*  
*les dignitates concedit: solus de Feudis Regalem di-*  
*gnitatem annexam habentibus cognoscit & dijudicat.*  
**X. N. zu Wormbs de Anno 1521. sub tit. Röm-**  
**mischer Königlicher Majestät Regiment**  
**§. ob auch Sachen für sielen/ & ipsi soli ho-**  
 magium præstatur, cujus præstatio, ex parte recipien-  
 tis est fundamentum superioritatis; ex parte præstan-  
 tis fundamen subjectionis. *Quæ & alia sat multa*  
*Monarcham nostrum Imperatorem sufficienter o-*  
*stentant, Pet. Heig. par. 1. quest. 9. num. 40. Pet. De-*  
*nais in jur. Cam. tit. 141. §. 1. dissentientis Hippolithi*  
*â Lapide differt. de ratio. status part. 1. cap. 18. argumen-*  
*tis in discursu satisfacere conabor pro virili. Potest e-*  
*tiam videri Wilhelmus Witzendorff/in discursu suo de*  
*stat. & administrat. Imp. Roman. ubi Dn. Reinkingiû de-*  
*fendit. Wilhel. Becker. in Synops. jur. publ. cap. 4. pag. 68.*  
*Schönb. lib. 5. Polit. cap. 10. Schönb. lib. 5. Polit. cap. 5.*  
 Licet & illud asserendum sit, quod cum Aristocratiâ  
 eadem Respubl. sit mixta: Concurrentem enim  
 Iurisdictionem Statuum cum Imperatore firmant, quod i-  
 pse cum Proceribus leges per Imperium valituras con-  
 dat;



1591.

dat; quorum faciunt illæ consuetæ clausulæ in Con-  
stitut. Als haben wir uns mit den Stän-  
den und sie wiederumb mit uns sich nach  
folgender massen verglichen / &c. Testatum  
id faciunt Imperatorum Capitul. Caroli V. & no-  
stri felicissimè gubernantis Ferdinandi III. §. 7.  
10. 11. 12. 15. *Wurms. Exerc. 1. quest. 9. Braudl.*  
*Jurisp. publ. lib. 1. cap. 2. §. 9. Dn. Carpz. disp. Feud.*  
*9. quest. fin. Schönb. lib. 5. Polit. cap. 4.* Impe-  
rium nostrum non est successivum. Nec tamen  
radices egit in Austriacâ familiâ successio, quod illa  
nobis hactenus aliquot dedit Imperatores, quasiq; pro  
nihilo putata est Protestantium hæc expressa protesta-  
tio; **Das** hinfüro aus keinem Fürstlichen  
**Wause** drey Könige nacheinander erweh-  
let oder genommen sollen werden / damit  
die Freyheit oder Wahl der Personen hal-  
ben nicht in eine Verjarung oder Gerech-  
tigkeit geführet werden möge. *Gold. in den*  
*Politischen Reichs-Händeln part. 2. tom. 1.*  
cum enim Regna Austriacorum, veluti murus, im-  
manitati Turcorum sint opposita, & sublimitas Im-  
perialis non paucos sibi exposcat sumtus, tangantq;  
cælum Astriacorum Virtutes, ipsisq; contra externos  
Imperii hostes faustiter omnia cesserint, quidni i-  
psis gubernacula Imperii concedenda essent? nec  
sine summâ cautione hæc Capitulationibus inte-  
xuntur verba, **Und** insonderheit sollen und  
wollen wir uns auch keiner *Succession* an-  
massen / unterwinden / noch in solcher ge-  
stalt unterziehen / oder darnach trachten /  
auff uns selbst / unser Erben und Nach-  
kom-

B

kom





Kommen/oder auff jemand anders unter-  
 stehen zu wenden. Sondern wir/derglei-  
 chen unser Kinder/Erben und Nachkom-  
 men/die gemelten Churfürsten ihrer Nach-  
 kommen und Erben/zu jeglicher Zeit/bey  
 ihrer freyen Wahl und Vicariat, wie vor  
 alters hero auff sie kommen/ die Gilden  
 Bull/Papstliche Recht und andere Ge-  
 setz oder Freyheit vermögen/geruhig blei-  
 ben/ und gantz unbetrenget lassen. Wo  
 aber darwider ichtwas gesucht/gethan/  
 oder die Churfürsten in dem betrungen  
 wurden/das doch keines weges seyn sol-  
 te/dasz alles sol nichtig sein und dafür ge-  
 halten werden: *Gold. in den Politischen  
 Reichshändl. pag. 5. fol. 163. Addatur art. 38.  
 ex Capitul. Ferd. III. Dn. Carpz. disp. feud. 2.  
 quest. 1. Sleid. lib. 1. pag. mibi 12. lib. 7. circ.  
 fin.*

*Nō nisi Ger-  
 manus eli-  
 gendus Im-  
 perator, isq;  
 & ex Pro-  
 testantibus  
 esse potest.*

§. VI. Germanus verò eligendus; non parum e-  
 nim Germanorum virtuti demeretur, si Imperii glo-  
 riam in exterum transferremus: nec è re Reipubli-  
 cæ esset, extraneum indigenæ antelocari, cum ille  
 nec mores geniumq; subjectorum scire possit, nec af-  
 fectione debitâ in populum non suum duceretur;  
*Wurmsf. exerc. 11. quest. 1. Braudl. lib. 2. cap. 1. §. 13.  
 Carol. von Dagen lib. 2. cap. 1. num. 13. pag. 158.  
 Reink. lib. 1. class. 3. cap. 4. Dn. Carpz. disp. feud. 2.  
 quest. 2. num. 13. & Petrus de Andlo, Tr. de R.  
 Imp. l. 2. c. 3. qui tamen cum grano salis legendus vid.  
 ibi Marquardum Freherum pag. 169. Quemq; Impe-  
 rantem & ex Protestantibus sumi posse, addubitan-  
 dum*



dum non est; cum enim caput Imperii Ecclesie DEI suscipere patrociniū debeat, nostri etiam Principes sumi possent, quippe cum ipsi quoque Ecclesiam tutari optimè quirent: cumque insuper eligendi quoque potestate polleant; & fortè Pontifici non nisi Politica quaedam tuitio debeatur, dum isdem contra violentiam tantum tutus præstandus sit; aut fortean non prorsus à cætu Christi Papatus sequestrandus, cum inibi & plura bona sit invenire. *Dn. Carpz. disp. feud. 2. quest. 2. Fiebig. Elect. jur. publ. Semid. 6. quest. 3.*

§. VII. Francofurti electio juxta tenorem Bullæ expediri [ licet sæpius id mutatum ] eaque intra designatum spatium & institui & finiri debet. Electores inibi salvo conductu muniti ipsi comparentes cum ducentis equitibus iisque 50. armatis Francofurtum introducti; [ aut si justo impedimento detineantur, satis instructus Legatus ] tardè, ante tamen perfectam electionem advenientes, ad eandem in eo statu admittendi, in quo ipsa adventus illorum tempore consistit, aut prorsus non adventantes nec Legatum mittentes nec se excusantes, illà vice voto cadunt. Præsentes in loco quodam convenient, Missæ & sacris, ut moris singulis est, & Religio cujusvis permittit, intersint, juramentum præstent, cumque summam animi contentione de ordinariâ electione deliberent, eamque continuo triginta dierum spatium finiant, votis liberis, certisque à Moguntino secretò [ aliàs enim suffragaturus haut liberè, si palam scrutinium instituatur, voluntatem ederet ] collectis, quorum majoribus & sanioribus standum omninò, queis post publicatis, novus Imperator proclamatur & in æde D. Bartholomæo sacrâ sistitur.

§. VIII. In electum jam Imperatorem derivatur Majestas, [ quæ non ex privati alicujus cerebro, sed secundum Reipublicæ regimentum pensitanda ]

*Ordinarius locus electionis est Francofurtum.*

*Et per electionem & per capitulationem transcunt jura Maj. in Imperatorè, modo tamè distincto.*

B 2 quod





quod quo ad actum primum concessa potestatis intel-  
ligendum: quo ad secundum enim per variorum  
captiulorum acceptionem, juratam promissionem,  
privilegiorumq; Statuum Imperii confirmationem,  
summa rerum perfecta in eum transit. Inter Imperi-  
alis verò potestatis axiomata insigniora sunt jus pri-  
mariarum precum: [quo ipse in quolibet Monasterio,  
Imperio parenti, unam tantum ad beneficium Eccle-  
siasticum promovere habet personam] deq; eo, ceu  
fulgore quodam, prodeunt ceteræ dignitates, uti ex  
sole radii, ita quidem ut primæ lucis integritas mino-  
rati luminis non sentiat detrimentum, verba sunt  
Friderici II. in formulâ de jure & privilegio Regis in  
Imperio apud *Gold. tom. unic. Const. Imperial. pag. 305.*  
Solutus feudorum principium confert investituram,  
vitam Academiis spiritumq; indit, indulget civitatis  
extruendæ facultatem: *Clapmar. de arcân. Rerump.*  
*lib. 1. cap. 21. in fin.* Ipse Postasiasq; præfectos & eo-  
rum ministros instituit *Idem lib. 1. cap. 21.* Legitima-  
tio naturalium liberorum ipsi competit *Novell. 89. c.*  
*9. c. per venerab. X. qui fil. sint legit.* [Quamvis Prin-  
cipes Germaniæ proprio jure id etiam juris in suis pro-  
vinciis exercere sciamus, cum in suis territoriis tan-  
tum possint, quantum Imperator in Imperio] sed &  
veniam ætatis concedit *l. 1. § 1. t. C. d. his qui veni. æ-*  
*tat. impet.* quæ potestas olim solius ipsius erat; licet ho-  
diè & Principes nostri eandem in suis ditionibus  
exerceant.

*Etiã vivo  
eoq; aliquã-  
do invito e-  
ligi post Rex  
Romano-  
rum, qui ta-  
men Maje-  
statem non  
habet.*

§. IX. Rebus aliquando exigentibus, superstitan-  
te Imperatore, designatur successor, quem Regem  
Romanorum insignimus; dum enim interdum turbu-  
lentissima ingruunt tempora, stat ante fores Hanni-  
bal, cum hoste sæpius extra Imperium confligendum  
est, ipsumq; caput senio laborat, nec par amplius mo-  
li negotiorum; res sanè Imperii efflagitare videtur.  
imò



imò imperare, quo Rex hic noster creetur: quod olim quoque factum, monumenta veteris ævi attestatum faciunt; nec non Bulla nostra exigit, juxta quam is eligendus est, quotiescunq; necessitatis casus emergit, qui non tantum est, ubi Imperator moritur, aut deponitur, sed & cum aliquot Regnorum gubernatione implicatur; quia omnibus non potest, uni verò tantum inservire, jurejurando, quod omnibus præstitit, impeditur; ipseque Chryso Bullæ Autor eandem ita exposuit, cum ipso sollicitante Wenceslaus filius eligeretur. *A. B. tit. 1. in pr. Capitul. Ferd. III. art. 38. Dn. Carpz. disp. feud. 2. quest. 3. Sleid. lib. 8. pag. mihi 131.* Eligi verò potest etiam dissentiente aliquando Imperatore, si utilitas publica id jubeat, nec justas contradicendi causas adferat Imperator: quod & habetur in *art. 38. Capitul. Ferd. III.* Dieselbe (Wahl) so offt sie es einem Keyser zu Behuff / oder sonst dem heiligen Reiche nothwendig und möglich befinden / auch bey lebzeiten eines Römischen Keyser mit oder (wann derselbe auff angelegte Bitte der Churfürsten ohn gnugsame erhebliche Ursachen / verweigert werden solt) ohne eines regierenden Keyser bewilligung zunehmen. Hic noster, quem caput Imperii Vicarium rectè nominabis, absente & impedito Imperatore, Imperio præest, & jura Imperatoria exercet, non tamen suo sed Cæsareæ Majestatis nomine, & ex singulari conventionione, datoque cum liberâ mādato, cum vivo Imperatore, summus non sit, *N. A. de An. 1548. in pr. vers.* so haben wir / *ibi* unsers lieben Bruders und Herrn / nec ipsi perpetua inest potestas; *Ordin. Cameral. p. 1. t. 1. §.* nemlich wollen / *ibi*, oder im fall / das Ihre Lieb und Keyserliche

B ij                      liche



liche Majest. nicht im Reich oder in der näch-  
 he weren; neq; plenè imperat, cum nec pacem  
 inire, nec bñitos ab Imperatore restituere potest, nec  
 acta ejus irrevocabilem determinationem habent,  
 cum ea superveniens Imperator detrectare queat; i-  
 pseq; Carolus V. Fratri irrevocabile mandatum cum  
 liberâ de incundâ pace Religiosâ dedit, *R. A. de*  
*an. 1555. §. Damit aber/ibi, absolutè und ohn hinter sich*  
*bringend Gewalt; nec Principes ac Status Imperii ei*  
*ulla fide vel jurejurando, nisi post fata Cæsaris, te-*  
*nentur. Capitul. Ferd. III. art. 49. Sleid. lib. 8. pag.*  
*mibi 131. de anno 1532. § lib. 26. pag. mibi 501. Dn. Carpz.*  
*disp. feud. 3. q. 2. § disp. 9. quest. 2. n. 29. Rumelin. ad*  
*A. B. p. 3. dissert. 2. p. 701. Wurmsf. exerc. 3. quest. 3. Ca-*  
*rol. von Hagen/lib. 3. c. 2. n. 11. p. 399. § 395. Beck. de jur.*  
*publ. lib. 1. cap. 6. §. 3. pag 221.*

*Vicarii per*  
*A. B. consti-*  
*tuti loco Im-*  
*perii sunt.*

§. X. Ne Imperium capite viduatum labatur & va-  
 rias in partes scindatur, non tantum Regis Romano-  
 rum sed & ex lege & observantiâ memoriam hominis  
 excedente Serenissimorum Electorum Palatini Rheni  
 & Saxonis Vicariatus introductus est? *Qui bini, e-*  
*tiam peregrè profecto Imperatore, nullo post se man-*  
*dato relicto, caput repræsantant, inq; non prohibi-*  
*tis cum Imperiali eandem exercent potestatem, cum,*  
*quæ ad Jurisdictionem Rectoris pertinent, & astita-*  
*re possint, qui sedis amplissimæ tuentur locum, arg. l.*  
*2. C. d. offic. ejus, qui vic. alicui. jud. vel præsid. obtinet;*  
 Exercendi verò judicia, potissimè Camerale, etiam  
 Saxoni competit potestas, cum post excessum Rudol-  
 phi & Matthiæ Divorum, Palatinus & Saxo Camera-  
 lem Jurisdictionem conjunctim explicuerint; ad be-  
 neficia Ecclesiastica præsentant *Gottes Gabe verlei-*  
*hen. A. B. cap. 5. redditus & Imperii proventus re-*  
*colligunt, die Renty und Nutz einzusamen d. c. 5. in-*  
*vestiunt de Feudis & juramenta fidelitatis nomine,*  
 Imperii



Imperii recipiunt die Lehne empfangen/die Trew und End  
 der Gelöbnuß an stat und im Namen des Reichs einneh-  
 men/exceptis tamen Feudis Principum & illis quæ  
 Fahn-Lehn/appellantur *A. B. tit. 5. Braudl. lib. 3. cap. 3.  
 à §. 16. Dn. Carpz. disp. feud. 4. quæst. 1. 2.* Id notari  
 velim, quod in pecuniariis causis Imperator coram  
 solo Palatino conveniatur, nec nõ in causâ exauctora-  
 tionis Imperatoriæ in hoc iudicio [cui, citra tamen  
 Majestatis imminutionem ex propriâ conventionem se  
 subdit Imperator] Præsidentus atq; Directorium ei soli  
 competat Palatino, ob hæc Bullæ verba: *Und wie-  
 wol ein Keyser/ als Römischer König/von Sachen we-  
 gen/darumb Er angemuth wird/von alter Gewonheit/  
 vor einen Pfalzgraffen bey Rheyn / des H. Reichs Erz-  
 Truchseß und Churfürst antworten soll &c: Dn. Carpz.  
 d. l. q. 3. n. 9. & 10.*

§. XI. Circa originem Electorum per obscuritatis  
 noctem incedendum, nec hic vitio vertendum, si ex-  
 clamem, *Mihi non liquet: Beck. in Synops. jur. publ. lib.  
 3. cap. 5. pag. 360.* Ottoni 3. quidem inter hos opinio-  
 num fluctus adscribere Collegii Septemviralis pri-  
 mordia malunt: Sed enim cum nihil certò hic asseri  
 possit, ferramq; reciprocent Viri docti, statuere illud  
 lubet, Electorale Collegiũ pedetentim consuetudine  
 introductum, & tandem in Auræ Bullâ confirmatum  
 esse; mecum transire *Reink. 1. 3. 4. à n. 12. Et Schönb.  
 lib. 5. Polit. cap. 32. vers. quid statuendum puto.* Hi, [de-  
 cora Imperii, per quos caput & in quibus cõsistit Impe-  
 ratoriæ gloriæ celsitudo, columnæ Imperii, quæ sa-  
 crum ædificium circumspectæ prudentiæ pietate su-  
 stentant, septem candelabra lucentia in unitate Spiri-  
 tus uniformis,] quasi in consortium Imperatoriæ ma-  
 jestatis recepti sunt, *Der er Hoheit und Autoritet ist mit  
 eines Römischen Keyfers Gewalt und Hoheit /daher sie  
 auch fleust/dermassen verbunden/ daß eine ohne die ander  
 nicht verschmälert werdē/ auch ohne die ander nicht beste-  
 hen*

*Electorum  
 origo con-  
 suetudini  
 adscribitur.  
 Eorundem  
 dignitates,  
 privilegiaq;*





hen kan: Ja daß die Höchste der Churfürsten/darmit sie vor andern Königen und Potentaten gezieret/ eben diese ist/ daß sie einen Römischen Kenser/ dessen Hoheit/ Autoritet und Gewalt alle andere übertrüfft/ von der auch alle andere herfließen/ zu welen haben. *Autor status Imperii Rom. Germanici Tom. 2. p. 138.* Regiæ dignitati proximam agunt vitam, die Churfürsten schreiben den Königen E. Liebe und nicht E. Gnaden/ denn sie sind Königen gleich geachtet. *Luther. in Tischreden cap. 38.* Immunitates eorumdem aliquot legere est ex c. 9. & c. 12. & 29. A. B. Sed & privilegiis de non evocando & de non appellando muniti sunt: illius vi subditi ad aliud tribunal evocati comparere necesse non habent; hujus efficaciam à sententiis eorum appellare ipsis interdictum. *Fiebig. elect. jur. publ. semid. ult. quest. 3. pag. mihi 196.* Septem numero hos esse patet ex Bulla; hodiè verò ille numerus auctus est, & adjectus octavus Elector: *Instrum. Pac. Osnabrug. §. 4. ibi quod ad domum Palatinam attinet:* Illud verò punctum mutari utiq; potuit, cum aliàs tranquillitas Germaniæ vix tuta haberi potuisset, & Imperator cum Statibus hoc mutavit. *Fiebig. elect. jur. publ. semid. 4. quest. 5.* Cum Rex Bohemiæ ex A. B. t. 4. & 7. expressè Elector vocetur, pro nugis habendum illud Speculi Saxonici lib. 3. art. 57. Der Schencke des Reichs hat keine Wahl/darumb daß er nicht Teutsch ist/ cum Bohemia Germaniæ portio sit, das Böhmer Land ist eine Gegend in Teutschland. *Vid. Fiebig. elect. jur. publ. Semid. 5. quest. 1.* Indissolubili verò nexu Electoralis dignitas Principatui coadunata est, perindeq; Electorali filio, ephebos excedenti, cum honore Electoratus, ditionum quoq; restituenda administratio A. B. t. 7. *ibi* wegen ihrer Reich und Fürstenthumb / qui enim per ætatem Imperatorem eligere potest, in consortium Imperialis sollicitudinis assumitur, difficillimisq; deliberationibus applicatur, à suarum ditionum Regimentis.

Rex Bohemiæ est Elector.

Qui Elector factus est, etiam Electorales ditiones administrare potest.





mentis injuriâ arceretur. Dissonans ergo à jure, quod dignitas Electoralis jusq; à septicolli Pontifice dependeat. Quod Sigismundina sanctio objicitur illi, quod jam asseveravimus, ad filios Electorales extendenda non est; *Dn Carpz. disp. feud. 4. quest. 5.* Licet interdum fiat, ut unus atq; alter Electorum in electione Imperatoris absit, hæc nihilominus vires habet: prætereundus quidem nemo ex Septemviris, sed in unius aut alterius absentia peracta. Electio nunquam fuit irrita judicata, cum interdum & major pars eligere possit, *A. B. tit. 2. §.* Wenn aber sie/oder ihrer mehrer Theil/der einen also erwahlet: Atq; insuper electio totum Collegium, non verò in eo singulares respicit personas; imò absentis citati suffragatio in præsentem recidit: *A. B. t. 1. §.* Und welcher Churfürst zu solcher Wahl beruffen/ quæ suffragatio & rati habitio etiam ex post facto accedens sufficit: Sic etiam Trevirensis absens Ferdinandi III. electionem ex post facto approbavit, quod conjicere est ex his verbis *Capitul. Ferd. III. §. 50.* Nachdem auch vor diß mal aus erheblichen Ursachen der Churfürst zu Trier dieser unserer Königlichen Wahl weder in Person noch durch Gesandten beywohnen können / so soll solches in künfftigen Fällen zu keiner nachtheiligen Conseqventz gereichen/ weniger zu einigem Præjuditz angezogen werden/ noch auch der gülden Bull und altem löblichen herkommen in einigem wege abbrüchig sein. *Vid. Dn. Carpz. disp. feud. 2. quest. final.*

*Electores non sunt à Pontifice.*

*Non oportet in electione Imperatoris singulos Electores adesse.*

§. 12. Cum Imperator in partem curarum Imperii Status assumserit, bene cognovit, quod cum eorum Consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem Imperii Rom. & ad suæ Majestatis gloriam redundare. De negotiis verò Imperii deliberatur in Comitibus vel universalibus, auff den gemeinen Reichs-Versamlungen/vel particularibus auff den Churfürsten und Kreis-Tägen; nec frustra Imperator cum Statibus coit, sed

*Comitia Imperii vel sunt univers. vel particularia.*

C ob





ob summam Reip. salutem, aut ut matricula Imperii redintegretur, aut pax in Imperio stabiliatur, aut ut de bello Turcico, aut Camera Imperialis visitatione, revisione &c: consultetur. Ex vocatis verò Statibus Electores, Principes, Comites, Barones, Prælati & Civitates liberae comparent. In loco ubi conveniendum, quando Mareschallus Pappenheim diversoria assignavit, excubias lustravit, aliaq; ad se spectantia expedivit, sed & Status aut horum legati Moguntinum Mareschallumq; de adventu suo certiorarunt, legatiq; mandati sui documenta exhibuere, & primarii adventanti Imperatori obvii processere; tum Electores cæteri q; Status sedentes, de negotio tractantes mentem suam vel omnes vel major pars Imperatori declarant, qui decretum ipsorum suâ autoritate confirmat, atq; ita re perfectâ disceditur. Comitua particularia quod spectat, Electores annuatim citra veniæ impetrationem convenire possunt [ qui conventus certæ classis est ] & ibi de eligendo Rege Romanorum aut aliis & publicis & privatis negotiis deliberant: ex certis locis verò ac Regionibus Imperii congregatorum ordinum sunt conventus Circulorum, die Rens- Tage.

*Principes  
Imperii.*

§. XIII. Imperii nostri Imperatorisq; celsitudinem splendoremq; ex Principum Germaniæ [ de liberis Imperii Civitatibus, quæ quoq; Status sunt, hic dicere supersedeo consulto, potest videri *Becker. lib. 3. jur. publ. cap. 9. pag. 410. Arum. ad A. B. disc. 1. rh. 8. Otto de jur. publ. cap. 13.* ] potestate, eminentiâ, atq; libertate egregiè æstimare licet, nec Clutenius in *Sylloge rerum quotidianarum conclus. 26. tom. 2.* asserere erubescit; Hos met in suis Principatibus plus, quam summum Principem in toto Imperio, quam vel Regem Poloniæ in universo regno suo posse, esseq; omnium aliorum, qui sub exteris Imperiis & Regnis degunt, liberrimos. Hi in territoriis suis omnimodam Jurisdictionem, imò majora & minora Regalia habent, & uti dictum, in

*Monarchicè  
gubernant  
in suis terri-  
toriis.*



1601

in suis locis tantum possunt, quantum Imperator in  
 Imperio: *Gail. de pac. publ. l. 1. c. 6. n. 10. Sixtin. de Re-*  
*gal. cap. 5. n. 121. Knichen. de territor. jur. c. 1.* [ tantum  
 se. possunt &c: Daß ein jeder Herr Keyser in seinem  
 Landes sey / *Reink. lib. 1. class. 5. cap. 6. num. 5.* cape  
 quo ad sua, non Imperialia jura, non reservata sum-  
 mæ potestatis, nec quæ in eorundem privilegiis non  
 continentur: *consule Reink. lib. 1. class. 5. cap. 6. à num.*  
*156.* ] In Comitibus jus sessionis & sententiæ dicendæ ha-  
 bent, privilegiatâ Jurisdictione, Austregarum judi-  
 cium vocant, fruuntur. Licet alias multam gravissi-  
 mam sustinere habeat ille, qui contra evidentissimam  
 Superioris jussionem plebem audet colligere & adver-  
 sus publicam disciplinam defendere fortasse tentabit,  
 aut qui alias seditionis, tumultus & tumultuoso-  
 rum clamorum auctores extiterint; licetq; etiam alias  
 inconsulto summo Principe fœdera icere non sit per-  
 missum [ Hinc Protestantes Germaniæ Principes, in  
 fœdere olim à Galliarum Rege sollicitato, Cæsarem  
 excipiendum dixerunt, adversus quem nihil ipsis fa-  
 ciendum esset *Sleid. lib. 9. Comment. p. mibi 263.* ] nisi  
 crimine Læsæ Majestatis sese maculare velint; Princi-  
 pibus tamen Germaniæ, ubi casus necessitatis adest,  
 nec jure agi potest, *Constit. pac. publ. de anno 1521.* sub  
 tit. Die poen allen Fried brecher/ nec Imperatoris copia  
 haberi potest, aut ipse juvando non est, in suam alio-  
 rumq; salutem & militem conscribere & delectum a-  
 gere & arma comparare, [ modò forma in Constitu- *Principes*  
 tionibus Imperii designata observetur, ] sed & fœdera *Imperii in-*  
 inire ipsis indultum; consultius enim est, in tempore *terdum etiã*  
 occurrere, quam post vulneratam causam remedium *inconsultò*  
 querere. Cû in super Secularib; Dominis [ si habet jura *Imperatore*  
 episcopalia, potestas Ecclesiastica exterior, [ quæ circa *bellam ge-*  
 personas & res Ecclesiasticas præcipuè versatur, & civi- *vere possunt.*  
 liter extra templû exercetur *Vide Wurms. exerc. 5. quest. 1.*  
 competat; nec hæc neganda Principibus nostris: Imò  
*ex Constit. de pac. Religion. Anno. 1555. S. 15.* ipsi  
 publi





publicum tam Catholicæ quam Augustanæ Confessi-  
 onis exercitium mutare vel restituere jure territoria-  
 li possunt: quod sacrum jus per Instrumentum Pacis  
 Osnabrugicum demtum non est §.5. ibi de cætero pax  
 Religiosa. Ad hæc tam in causis criminalibus, quam  
 civilibus *sine provocatione* [ Nam id extra dubitatio-  
 nis aleam positum est, quod ex A. B. t. II. Electores  
 omnes beneficium de non appellando habuerint;  
 quod & de Electoralium familiarum Principibus vi  
 Bullæ asserendum; *Dn. Carpz. ad L. Reg. c. 9. sect. 6. n. 5.*  
 Quamvis hodiè hoc privilegium consuetudine vide-  
 atur esse inumbratum, [ vel saltem quoad certam ap-  
 pellandi summã quibusdã competat. *Vid. Dn. Carpz. de*  
*L. Reg. c. 9. sect. 8. n. 2.* ] & id Saxo & Brandenburgicus  
 tantum retinuerint *Dn. Carpz. d. l. c. 9. sect. 8. n. 4.*  
*Dn. Reink. lib. 1. cl. 4. c. 6. n. 2.* Quibus pares fa-  
 cti Archiduces Austriæ, das von ihnen an einen Römi-  
 schen Keyser und König/nach an des Reichs Kammer o-  
 der ander Gerichte nicht appelliret / suppliciret noch re-  
 dimiret werden kan. *Dn. Carpz. d. l. c. 9. sect. 8. n. 5.* ]  
 jus dicere in ditionibus suis & pro arbitrato Constitu-  
 tiones, etiam juri communi adversantes, quibus sub-  
 diti sine assensu Cæsareo parere necesse habent, ipsos  
 edere posse tradit autor in Tract. de statu Imperii Ro-  
 mano-Germanici c. 6. p. m. 271. ubi *Gail. l. 2. obs. 127.*  
*n. 8. allegat.* Jam famæ restituunt *Recess. de anno 1526.*  
 spurios legitimant *Gail. l. 2. obs. 142.* jure collectandi  
 gaudent *Id. l. 2. obs. 52.* cudunt & formant monetam  
*Ordin. Monet. de anno 1598. Edict. monet. in Recess. d.*  
*anno 1559. A. B. c. 10.* & quæ alia insignia privilegia  
 habent.

*A. B. est lex  
 Reip. funda-  
 mentalis.*

§. XIV. Cum juxta Philosophum *lib. 3. Polit. c. 12.*  
 lex se habeat instar mentis, quæ à sensibus & pertur-  
 batione omni immunis est, quibus homo nunquam  
 vacuus; ideò ubi legibus Imperium committitur,  
 ibi DEO cum legibus id concedi; ubi verò homini,  
 ibi





ibi beluam cum homine conjungi & utriq; simul Imperium transcribi videtur; è re Reip. est omnimodò, ut leges ferantur. Leges verò, quibus ceu fundamentis ferramētisq; innititur Resp. Rom. Germanica, sunt A. B. Capitulationes Cæsareæ, Recessus Imperii, Constitutiones de Pace publicâ & Religiosâ &c. Aurea Bulla [quam à Βύλλα sigillo majori venire putamus, cum sigillum literis majoris momenti in Bullæ formâ etiam in Capsulis bullatis appendi soleat] illa firmissima Rom. Imperii petra, super quâ etiamnum majestas & pax ejusdem tutò quiescit, illudq; unicum atq; adamantinum vinculum, quo qualescunq; Imperii Rom. reliquiæ & ferro lutei pedes utrinq; continentur ac à dissolutione & ruinâ conservantur adhuc: à Carolo IV. Viro profectò religioso, & qui in quinq; lingvis erat expeditissimus, si Cuspiniano in vita ejus credendum, profecta, Metis promulgata & Noribergæ ejus editio facta anno 1356, & quidem quo ad priora capita die quarto Idus Januari, posteriora verò ipsâ Salvatoris nostri festivitate publicata,] *est lex Imperii Romani Germanici ab illo Carolo IV. omnium Imperii Statuum approbatione facta*; Dixi legem fundamentalem Bullam esse, eâ etenim ipsa Reip. nostræ fundamenta & nervi, tanquam arctâ catenâ & spiritu quasi vitali colligantur *Reink. lib. 2. class. 2. cap. 6.*

*Defenditur Reink. contra Geilfusium.*

*n. 3.* Quem πολιτικώτατον Virum inter leges publicum statum concernentes, & inter fundamentales distinxisse, patet ex allegato loco, potissimum ex his verbis: *Hæ leges [publicum statum spectantes] propter dignitatem aliquando vocantur leges fundamentales: Quod cum ita sit, haut opus habuisset Geilfusius in sua Politicæ novâ editione exerc. IV. th. 3. n. 16. hunc altementis Virum classi eorum, associare, quos leges statum concernentes publicum, cum fundamentalibus perperam confundere, dicit: nec enim, quod puto, hoc*

C 3 absurdo





absurdo & Dominum Reinkingium constringet;  
*Omne respiciens Statum publicum, fundamentalis  
 legis rationem habet.*

*Ille enim ita supputat rationem.*

*Quoddam respiciens Statum publicum, &c.*

Nec, quod Geilfusius folium Sibyllinum putat, sc: ex  
 legum fundamentalium mutatione Status mutatio-  
 nem sequi, ac nunquam Jus publicum sine Status im-  
 mutatione mutari posse, *Reinkingio* absolutè & simpli-  
 citer verum videtur, dum *d. l. n. ii.* ita scribit: *Leges  
 Imperii fundamentales, maximè si à temporis anti-  
 quitate venerationem acceperunt, non temerè mu-  
 tandæ, cum omnibus mutatio publici Status semper  
 sit periculosa, & non rarò eversionem Reip. secum  
 trahant: cœlo distant: Mutatio legum semper est peri-  
 culosa, & mutatio hac non rarò evertit Statum.* Leges  
 verò has vel scriptas vel non scriptas intelligimus:  
 de illis quid sint dubium nullum hæret; per has capi-  
 mus conditiones illas, sub quibus populus Principi  
 se subjecisse, eidemq; in se potestatem concessisse pro-  
 babiliter præsumitur, cum in ordinario electionis  
 modo potissimum suam utilitatem attendere velit;  
 nec licet easdem ab initio non expresserit, putandum,  
 sese populum effreni Principis arbitrio subdere volu-  
 isse; neq; dissona sunt, habere summam potestatem  
 & esse obstrictum ad id, quod æquum bonumq; est.  
*Aristot. lib. 5. polit. cap. 10. & l. 8. Ethicorum cap. 12.*  
 Bullam hanc quo ad puncta quædam in desuetudinem  
 abiisse dubitandum non est, sed num benè, litigant  
 quidam? posse ejus tantum accidentalialia usu contra-  
 rio aboleri concedunt; cum per illa ipsius justitia pes-  
 sum lapsa nec dum videatur, nec Status Reip. ideò in-  
 terruptus sit. Illam verò Rex Romanorum in Capi-  
 tul. suâ [*Capitul. Caroli V. §. 2. Ferdinandi I. §. Wir sol-  
 len und wollen auch ic. Maximil. II. §. 3. Rudolphi II.  
 §. Wir sollen und wollen auch Matthie §. Wir sollen  
 und*



und wollen auch *Ferdinandi II. §. 1. Felicissimi Imp. Ferdinandi III. §. 2.* ] cum ad Imperii stabilitatem infinitis modis proficiat, juratò confirmat. *Dn. Carpz. ad L. Reg. c. 3. sect. 2.*

§. XV. Succedanea huic legi alia fit, nempe Capitulatio Cæsarea: consuevere enim Electores de more antiquo & ex perpetuâ nunquam interruptâ consuetudine Regimenta Imperii in Imperatorem certis conditionibus transferre; ita *Limn. tom. 1. Jur. publ. lib. 1. cap. 12. n. 13. pag. 199.* Hinc solita in Capitulationibus adjectari verba. *Bekennen öffentlich/ mit diesem Brieffe/ als wir aus schickung des Allmächtigen durch die ordentliche Wahl/ zu der Ehr und Würde des Römischen Königlichem Namens und Gewalt erhoben/ erhöht und gesetzet sein/ daß wir Uns demnach dieser nachfolgender Artikel Geding und Pacts-weise vereiniget; Ubi statim, quod supra tactum memini, distingvendum inter potestatem hanc quo ad potentiam & quo ad exercitium datam, scil. electio confertur tantum quo ad vim, jurata verò promissio Capitulorum exercitium præstat. Membra verò Capitulationis vel spectant Ecclesiæ, & Pontificis Romani defensionem; vel jurium & privilegiorum confirmationem; vel bellum: vel conventus: vel confæderationes, vel bona & jura Imperii: vel vectigalia: vel juris administrationem: vel officia illustria & rescripta: vel Electionem Imperatoris & interregnum. *Dn. Carpz. ad L. Reg. c. 1. sect. 16. n. 23. Dn. Fiebig. in elect. jur. publ. semid. 6. quest. 1.* Capitulationis [per quam non in genere omnis ea lex Imperii fundamentalis, quæ propter id quod officii Imperatorii ratio efflagitat, nihil quicquam aliud exigit, sive jurata sit sive non, sed Capitulatio Imperatorum Rom. Germanorum propria intelligenda est] natales, cū & hic auctores in varias abeant partes, diuturnis moribus consensu utentium comprobatis adscribere juvat cum *Fiebigio**

*Lex Imperii est Capitulationis.*

*Summa Capitulationis.*

*Ea consuetudine introducta.*

*Rationes*





*Sac. Scri-  
ptura nō est  
contraria  
Rationes  
dubitandi.*

*Rationes  
decidendi.*

*Fiebigio in elect. jur. publ. semid. 6. quest. 2. in fin. Quamvis inficias ire nemo possit, usum hujus nostræ L. Regiæ, tempore Caroli IV. & subsequorum Imperatorum, potissimum verò Caroli V. & insecutorum magis magisq; enituisse, dum Septemviralis Collegii dignitas potestasq; vires sumisset, desitumq; esset in Germaniâ timeri Papam: Illam verò limpidiſſimis Israël's fontibus, sacra scil. Scripturæ, contra ire, non una svadere videtur ratio; etenim inibi in limine sese juratò obstringit Imperator; Daß wir in Zeit solcher Kayserslichen Würden / Ampt und Regierung die Christenheit und den Stuel zu Rom / auch Päpstliche Heiligkeit / und die Christliche Kirche / als derselben Advocat in guten sicherlichen Schutze und Schirm halten / etc. Jam cum notæ sint Theologorum nostratium voces, Papam Anti Christum esse, persecutorem Ecclesiæ esse, Wer ein Christ seyn will / der lasse sich vor dem verfluchten Anti-Christ und solchen Grewel warnen; quis eandem jure divino dissonam esse non putaret? cum ei juri potestatem suam acceptam referat Unctus noſter? cumq; liberrimum per Transactionem Passaviensem exercitium Religionis nobis sit concessum, noctesq; verò & dies id imminutum ad minimum eat Præsul Latinus, quis eandem justam putabit? cum à fundamentali Imperii lege discordet? Quodq; ex Capitulatione allegatum punctum spectat, eidem solennissimâ protestatione contranituntur Protestantes Principes, Gleichwol so viel diesen / auch den nachfolgenden 18. Artickel gegenwärtiger Obligation, vers. das sollen und wollen wir mit ihrer der Churfürsten zc. belanget / haben vorgemelte unfere Oheim die weltliche Churfürsten sich ausdrücklich gegen uns erkläret / was daselbsten von den Stuel zu Rom / auch der Päpstlichen Heiligkeit vormeldung geschicht / das J. L. darein nicht bewilligen / noch uns damit verbunden haben wollen. Sed enim quæ cum modo aliquo à veritate aliena, prorsus talia*



talia non sunt; Imperator defendit Papam, non ut Antichristum, sed consideratum ut Ecclesie Christianae R. Episcopum; & exempli gratia, si Turci injustam vim Papae inferunt: verbo; defenditur Papa Imperatori, quatenus id & naturaliter & moraliter possibile est; nec, ut ante dictum, e nostratibus quidam Theologi Papatum ab Ecclesia Christi prorsus ejiciunt: *Consulendi Dn. D. Henricus Höpfnerus in Saxon. Evangel. part. 2. c. 1. sect. 2. Dn. D. Hülsemann. lib. 1. animad. in Robert. Cardin. Bellarm. tom. 1. c. 1. n. 1.* Neque, quod Imperator subditos suos tuetur, quorum quidam fures, homicidae & adulteri sunt, ipse horum quae talium Patronus est: Judaeos habet Romanum Imperium, nec blasphemiarum tamen, quas in Jesum quotidie eructant, Imperator defensor est: Et quod magis est, Imperator Lutheranorum Imperii Statuum subditorumque juratus patronus est, non tamen, cum illi a Pontifice haereseos accusentur, damnenturque, ipse haereticorum defensor est. Dissensisse vero Electores Protestantes quoad §. I. Capitul. argumento est, ipsosmet nihilum potestatis in sua religione concedere Papae; vel poterat dici, robur adhuc habere Bullam, licet ille articulus ut juri divino contrarius repudiatus fuerit *Vid. Dn. Fiebig. in elect. semid. 6. q. 3.* Per hanc Capitulationem num Principis infringatur aut facta tecta maneat Majestas tot opiniones, quot capita numerare licet: sed enim cum Majestas non ex hujus vel illius capite formanda sit, uti & supra dictum, sed secundum formam cujusque Reip. aestimari debeat, in cuius solo residet arbitrio, quam velint Regiminis formam, & ex ea resultantis Majestatis jura Electo constituere; illaque sit summa unius in Rep. regenda potestas; facile dabitur, nostrae Capitulatione Imperatoris Majestatem nunquam labefactari atque infringi, vel evacuari aut absorberi: Quo plus enim detraxeris Imperio Principis [ neque verò in eam partem

D

peccari

*Capitulatio non minuit Imperatoris Majestatem.*





peccari potest] cō justius est Imperium, ut Theopom-  
 pus Rex, Ephoris potestate concessâ, dixisse fertur;  
 in fit *Bodinus*, aliàs imminutor atq; pessundator egre-  
 gius nostræ Imperatoriæ Majest. in *Method. Histor. c. 6.*  
 Qvi enim in se injurium id putaret Princeps, à quo  
 felicitas Reip. dependet? & facessere hic necessè ha-  
 bet axioma speculantium hominum; Contradictio-  
 rium esse, Non liberam habere potestatem, & tamen  
 summam; hic enim optima pars Philosophiæ *Agere*  
 & *ad rō agere respicere*. Id quoq; asserere non abso-  
 num; quod post latam demum Capitulationem perfe-  
 ctâ Imperii administratio in Imperatorem transfera-  
 tur, *A. B. t. 2. §. 5.* Honoremus seculi & rerum domi-  
 nios, nec ipsorum privati detrahamus Majestati, aut  
 negemus eam, quâ & eorundem Creatores ipsos insi-  
 gniunt: sed & exteri Principes: Sicut disputare de  
 principali judicio non oportet, *l. 3. C. de crim. Sacri-*  
*leg.* ita nec de Principis Majestate imminuendâ aut  
 tollendâ prorsus. Rursumq; à verò alienum non est,  
 Majestate hac salva manente, Imperii seu realem  
 quandam Majestatem quoq; esse credere, quæ Reip.  
 ipsi sive Imperio perpetuò inhæret, eiq; cœva, ut  
 quamdiu corpus ejus durat, permaneat, nec per de-  
 cessum Principis unâ exspiret, sed sub ipsis etiam in-  
 terregnis & altercationibus gubernationum persistat:  
*Carol. von Hagen in Jurisp. publ. l. 3. cap. 2.* Hinc in  
 formulis Constitutionum usitatum: *Uns und dem*  
*heiligen Reiche/in unser und des heiligen Reichs Stadt/*  
*unsern und des H. Reichs Untertthanen;* & quæso, mo-  
 riente Imperatore, ubi custodiretur aut latitaret Ma-  
 jestas, quâ ipse emicuit? juxta Philosophorum enim  
 traditum: Accidens unum numero non transit de  
 subjecto in subjectum; quæle accidens & Majestatem  
 Imperatoris esse, persuasum sibi, quidâ habent; proin-  
 deq; illa eadem numero non transitoria esset in succes-  
 sorem: Num verò ipso mortuo orbatum Imperium  
 Majestate? cum quælibet Resp. quæ superiorem non  
 re-



recognoscit, Majestate atq; summâ potestate polleat: inferendum ergò inde, illam, quæ vivo Imperatore fluit, sese exerere Majestatem realem ipso mortuo.

§. XVI. Inter leges etiam fundamentales Imperiales jure meritissimo suo sibi vindicant locum Recessus [dicti à recedēdo von verabscheiden/ cum decreta in discessum dentur; vel quod à variis opinionibus secedant in unam omnes] qui leges sunt de iis negotiis, quæ ad Reip. administrationem spectant, Cæsaris, Statuumq; consensu constitutæ, & ab Imperatore promulgatæ; legis verò vigorem eos habere, patet inde, quia ad omnes Imperio subjectos sese extendunt, atq; ipsis *δυναμικὴ ἀναγκαστικὴ* inest omnimodò; Quo spectant *Recess. Imperii de anno 1570:* Darum b gebieten und wollen wir/das alle und jede Stände und Obrigkeiten ob diesem unserm Gebot mit allen ernstlichen Fleiß halten. *de anno 1564.* und haben Uns solche Veratschlagung/Vergleichung und Beschluß gnädiglich wolgefalleu/dieselbige approbiret/bekräftiget/bestätiget / und in diesen als unsern und gemeiner Stände abschied stellen/ setzen und in das Reich Teutscher Nation gemeinlich auskünden lassen. Nec in vim contractus vel conventionis valent, cum vim sortiantur obligatoriam, licet minor pars dissenserit; contractus verò non obligant, nisi omnium & singulorum consensus adhibitus fuerit; deinde quod in vim obligatoriam Recessus transeunt, fit ob Imperatoriæ potestatis plenitudinem; *R. A. de anno 1576.* ibi Derohalben unsers aller unterthänigsten erachtens ganz unvonnöthen/hierin auf einen oder ein ander Theil zu sehen oder zu warten / sondern E. Keyserl. Majest. haben disfalls vollkommene Macht und Gewalt zu verhütung grössers Unraths J. Keyserl. Maj. Ampt zu interponiren; Ubi verò potestatis perfectitudo versatur, conventionis respectus haberi nequit. Notandū hîc, quod, postquã capitibus propositis omnibus, disceptatum est; Consulta in formam decreti redigatur, in Senatu iterū legantur, tū ab Imperatore, tum à

*Recessus Imperii vim legis habent.*





duobus Principibus utriusque ordinis, tum ab uno ex Abbatibus & Comitibus, tum à Civitate loci, ubi Comitia habita sunt, signentur, signata publicentur & duo authentica exemplaria conficiantur, quorum unum penes Cæsarem, alterum penes Mogantinum afferretur, reliquis Ordinibus describendi copia facta, uti tradit *Arumæus de Comitibus cap. ult. n. 101. & seqq.*

*Vi pacis religioſæ Statq; Imperii liberū religionis exercitium habet.*

*Illa vi non est extorta.*

§. XVII. Palladium atque munimentum Germaniæ, Pacem Religioſam, den Religion Friede/paucis delibabimus. Illa verò pacificatio religionis in diversis tentata Comitibus, tandem Augustæ nata est anno 1555. Quæ, cum facultatem colendæ Religionis liberam, & ab omni metu, minis vel alio quovis modo intentatâ coactione alienissimam amplectendæ, profitendæ & mutandæ religionis voluntatem concedat, recte puto, definitur à *Iusto Springero* [genus tantum definitionis mutare liber ob ea quæ habet *Fiebig. in elect. jur. publ. semid. 9. quæst. 1. in tractatu de pace religionis c. 1. p. m. 5.* quod sit lex, de certâ Religionis in Romano Imperio liberè colendæ facultate, concordati Statuum suffragio sub gravissimâ pænâ promulgata. *Schönb. lib. 5. Polit. cap. 28.* Quam diffinitionem & rem exhaurire, & canonibus logicis applicari posse, persuasum mihi est. Neque vi ullâ invictissimus semper Carolus V. adactus fuit, ut hanc calculo suo comprobaret, autoritateque suâ vividam efficeret, cum enim ipse eâ tempestate ferè triumphum ubique agere videbatur, *Thuan. lib. 4. Histor. fol. 2.* qui metus, vel constantissimum in diversa sensuum rapiens, ipsi incuti potuisset? Reservatum illud Ecclesiasticum *der Geisliche vorbehalten* / de quo in *Pacific. §. 5.* quod vel renitentibus Protestantibus obtentum, omnem animo dubitanti præscindit scrupulum; aut si fortè metui quid dandum, ille prorsus violentus haud fuerit, sed ex numero eorum actuum, qui imperantur, non eliciuntur, uti loquuntur: *Liebenthal/ Polit. exercit.*



*ercit. 13. quest. 5.* Firmitudini verò hujus pacis, uti dis- *Adejus va-*  
 sensus Papæ nihil demere, ita nec consensus ipsius adji- *lorem Pape*  
 cere potuit; siquidem omnem circa Religionis ne- *consensu o-*  
 gotium, Papalem auctoritatem missam fecere Status *pus non e-*  
 nostri, quod nec Jcti Dillingenses, qui tamen aliàs Pa- *rat.*  
 pæ egregiè patrocinantur, diffitentur, *in sua compositio-*  
*ne Pacis c. 5. q. 29.* attestatum facientes, Pacem hanc  
 circa ullum relaxationis rescissionisve remedium,  
 perpetuum & inviolabiliter observandam, etsi desit  
 ipsi Pontificis suffragatio. Et cur hominis, sæpius qui  
 affectavit in conscientias Imperium, adoremus auto-  
 ritatem, quâ in nostro Religionis negotio vacuus  
 prorsus est? Nec, si ipsius potestas in sacris ulla esset,  
 auscultandus ut Magistratus Ecclesiasticus hîc foret;  
 cum in Pacificatione nostrâ de fidei articulis, quorum  
 dijudicationem ab Ecclesiâ dependere facillè largiun-  
 tur, altum sit silentium, sed solummodo exercitium u-  
 triusq; Religionis liberum permittatur, eâ fini, ut  
 pax publica floreat, nullaq; vis conscientis, quibus  
 solus DEUS imperat, & imperare potest, inferatur.  
 Qui Status Germanici gnari sunt, sciunt optimè, ex-  
 spiraturam esse Pacem Religiosam, si in Oecumenico  
 seu provinciali concilio vel Colloquio Comitissve,  
 conciliatio utriusq; & secundum Instrumentum  
 Pacis Osnabrugicum, triplicis Religionis haberi pos-  
 set; quæ quamdiu in suspenso est, pax illibata manet,  
*in Pacific. §.* Und nachdem eine Vergleichung verf. sol-  
 chen Frieden in allen obgeschriebenen Artikeln / bis zu  
 Christlicher freundlicher und endlicher Vergleichung &  
 ibi, wo denn solche Vergleichung durch die Wege des  
 Generals Concilii, national Versammlung / Colloquien  
 oder Reichs-Handlungen nicht erfolgen würde / so als  
 denn nichts destoweniger dieser Friedstand ic. bestehen *Per Conci-*  
 und bleiben. Inde fluit, per Conciliabulum Tridenti- *lium Tridē-*  
 num hanc sublatam non esse, cum ad Concilium *tinum pax*  
 ritè instituendum, rei magnitudo & primitivæ Eccle- *illa sublata*  
 siæ *non est.*



lia consuetudo exigat, ut autoritate Cæsaris cogatur. :  
 quo facto de iudice primò omnium providendum. :  
 Qvi esse neqvit Papa, cum ipse & rei vices subeat: sed  
 qvi demum competentes Cõciliõrum iudices? ad evi-  
 tandam contentionum asperitatem Cæsar cum Stati-  
 bus eligat moderatos & rerum disceptandarum notitiã  
 instructos Viros, qvi parti non faveant, sed rem hanc  
 summi momenti citra affectum animo voluent mo-  
 derenturq;: Tum de normã dijudicandã doctrinã u-  
 nicè dispiciendum, quã solis Prophetarum & Aposto-  
 lorum scriptis innixa est: quã si utriq; concedatur,  
 sententia totius Ecclesiã iudicio concedatur. Hæc  
 in Concilio Tridentino observata esse tam falsum,  
 quã quod falsissimum: cum enim apud nos Papa-  
 lium Jurisdictio & competentia Fori nulla, impunè i-  
 psi non pareatur, extra territorium suum jus exercenti.  
 Præterea olim in Comitibus sistebantur hæreseos accu-  
 sati: Papa, etsi hæresi esset addictus, detrectat tamen  
 sese censurã Concilii subicere; atq; cum scelestæ ini-  
 qvitates in Romanam irrepserint Ecclesiã, qvi se  
 Conciliorum iudicio subtrahere potest? Ipse Papa  
 Adrianus in Epistolã ad Principes Germaniã scelerum  
 Ecclesiã Rom. ream facit: Interim, *dicens*, tamen  
 neq; hoc dissimilandum, aut prætereundum esse:  
 DEUM videlicet vindicem omnis iniquitatis affligere  
 ad hunc modum Ecclesiã suam, propter populi, ma-  
 ximè verò propter, eorum peccata, qvi præfunt Eccle-  
 siis, cum Scriptura dicat, à Sacerdotibus iniquitatem  
 populi dimanare: nam certè plurimis jam annis gra-  
 viter multis modis peccatum esse Romæ & inde, à Pon-  
 tificio Culmine malum hoc atq; luem ad inferiores  
 omnes Ecclesiarum præfectos defluxisse: neminem  
 autè esse, qvi suum faciat munus, aberrasse omnes, ne  
 unum quidem ex omni numero carere culpã. [*Vid.*  
*Sleid. lib. 4.*] En egregiam laudem Pontificum! fun-  
 gantur scilicet iudicantim potestate in omnium gra-  
 vis-



visissimo religionis negotio, qui turpissimis sceleribus  
inquinati justissimo opus habent iudice? *Consule*,  
*Dn. Fiebig. in elect. jur. publ. semid. 9. q. 5. Braudl. epit.*  
*jur. publ. lib. 5. c. 1. § 18. Wurms. exercit. jur. publ. exerc.*  
*5. q. 3. Liebenthal in Colleg. Polit. exercit. 13. q. 7.*

§. XVIII. Ampla quidem Regnantium & augusta  
est potestas, non eadem tamen abutendum ad inte-  
ritum subditorum, nisi convertere lubet eandem in  
tempestatem furibundam. Potestas illa legitima  
exeritur præprimis in legibus; hæ cum à principali  
culmine processerint, num successorem obstringant  
vinculo necessitatis, & quod huc maximè facit, num  
Cæsaris successor ad amissim observare habeat Pacem  
Religiosam, discussionem meretur? Monendum  
in limine, leges rarissimè, manente eadem Reip.  
formâ & Statu non turbato nec immutato, mutandas  
esse: Jam leges Antecessoris ipsi capiti succedaneo  
quamvis manus non constringant [cum successor  
omninò superiorem non recognoscat, & penes ipsum  
sint Majestatis jura, imò ejusdem cum antecesso-  
re putandus ipse conditionis, cum par in parem non  
habeat Imperium, superiorq; sit oportet, qui alteri  
vult legem dicere] successor tamen in mutandis legi-  
bus summâ modestiâ utatur, nec nisi extrema utilitas,  
juxtimq; necessitas exposcat, novis legibus Rempubli-  
cam oneret: soletq; bonus Princeps leges à Prædeces-  
sore latas bonas confirmare, collapsas restituere, ne  
salutarium legum everfor esse videatur; justitiæ enim  
& rationis ordo svadet, ut qui à successore sua man-  
data servari desiderat, prædecessorum voluntatem &  
statuta ipse custodiat: Cumq; pax nostra cum ipsâ  
Imperantis Majestate conjuncta sit, citra hujus pes-  
fundationem eandem mutare nequit successor, nec ex  
legib; universalibus absq; Statuû assensu noviter electo  
aliquid mutare licet, cum ea in contractû [memini,  
suprà

*Pax Religi-  
osa à Succes-  
sore Impe-  
ratoris tolli  
nequit.*





suprà dictum esse, quod pax hæc contractus non sit, hujus cum hoc §. conciliatione in discursu adferam] quod astruit Capitulatio, transierint, quem Princeps retractare nequit. Sed & Imperator post electionem jurat in legum confirmationem, renovat omnes Imperii leges & ipsam hanc Religiosam pacem: im Religion Fried §. 16. Solches alles und jedes/so obgeschrieben/ und in einem jeden Artikel namhaftig gemacht/ und die Keyserliche Majest. und Uns anrühret / sollen und wollen J. L. und Keyserliche Majest. und die bey ihrer Keyserlichen und unsern Königlischen Würden und Worten für uns und unsere Nachkommen steht / unverbrüchig und auffrichtig halten und vollziehen: *Adde Capitul. Ferdin. III. §. 2.* Wir sollen und wollen auch sonderlich die vorgemelte güldene Bull/den Frieden in Religion und Profan-Sachen/auch den Landfrieden samb der Handhabung desselben so auff jüngst zu Augspurg im 55. Jahre gehaltenen Reichs-Tage auffgericht/angenommen und verabscheidt / verbessert/ auch in denen darauff gefolgeten Reichs-abschieden wiederholet und confirmiret worden/ stet und fest halten/und darwieder niemand beschweren/ oder durch andere beschweren lassen/xc. *addatur §. penult. Vid. Bodin. de Republ. l. 1. c. 8. vers. quantum vero. Dn. Reinking. de regim. sec. § eccles. lib. 1. cl 3. c. 10. n. 4. § seqq. § c. 12. n. 14. Dn. Carpz. ad L. Reg. c. 3. n. 6. § seqq. Dn. Fiebig. in elect. jur. publ. semid. 10. q. 1. Wurms. exc. jur. publ. 2. q. 20.* Eò hactenus tamen Jesuitarum processit cavillatio, ut Pacem Religionis ex parte Protestantium sumtam, solis Augustanæ Confessionis verbis & articulis inniti stentoreâ voce proclamarent; sed, licet largiamur primæ & immutatæ Augustanæ Confessionis [quæ nullum novum doctrinæ genus in se complectitur, fidei articulis Carolo V. oblatis contrarium, quæq; libro Concordiæ inferta radiat] superstrui hanc pacem, non tamen in solis Confessionis acquiescimus verbis, sed illa pax & ipsa etiâ Confessio



sio ad articulos illos extendenda quoq; , qui fortè ab  
 expressis dependeant, ex iis fluant, illustrenturq;  
 per eos, quiq; iis secundum verbi divini veritatem dif-  
 formes non sint: cujus rei argumento sufficienti sunt  
 verba *Pacificationis*; art. 2. Und damit solcher Friede/  
 auch der spaltigen Religion halber / wie aus hiebevör ver-  
 melten und angezogenen Ursachen / die hohe Nothurfft  
 des H. Reichs Teutscher Nation erfordert / desto best. n-  
 diger zwischen der Römischen Keyserl. Majest. uns / auch  
 Churfürsten / Fürsten / und Ständen des H. Reichs Teut-  
 scher Nation angestalt / auffgericht / und erhalten werden  
 möchten / so sollen die Keyserl. Majest. Wir / auch Churfür-  
 sten / Fürsten / und Stände des H. Reichs / keinen Stand  
 des Reichs / von wegen der Augspurgischen Confession /  
 und derselbigen Lehre / Religion und Glaubens halben  
 mit der That gewaltiger weise überziehen / beschädigen /  
 vergewaltigen / oder in andere wege / wider sein Con-  
 scientz, Gewissen / und Willen / von dieser Augspurgi-  
 schen Confessions-Religion, Glauben / Kirchengebräu-  
 chen / Ordnungen und Ceremonien &c: Hinc & in  
 sapè laudata pace vox sola *Religio* invenitur, ut ita  
 dubitandum non sit, pacem hanc ad omnia extendi,  
 quæ cultum Religionis nostræ concernunt. Hinc ite- *Augustana*  
 rum Cavillantium Jesuitarum insufurrations evane- *Confessionis*  
 scunt, hodiè Augustanæ Confessionis Professores esse *P. P. adhuc*  
 nullos de quo vide *Dn. Fiebig. in elect. jur. publ. semid. hodiè sunt.*  
*XI. q. 2.* Spinosam sed & periculi plenam quæstio-  
 nem tentare hanc lubet; num quis civis Romanus die-  
 bus dominicis aliò sese conferre possit cultus sui per-  
 agendi causâ? *Mindanus lib. 1. c. 30.* putat, *paragraphi*  
*II. in pace Religionis* verba non necessitatem inferre,  
 sed discessuro id integrum relinqui, privilegium,  
 namq; hoc pacis ad læsionem alicujus extendi non  
 debere, cum interim ferendus quilibet in suâ religio-  
 ne, donec omnia benè sopirentur: & ipsorum etiam

E subdi-





subditorum conscientis consultum esse; Cui Min-  
 daniano adfero *Springer. in Tract. de pace pag. 90.* suf-  
 fragandum censet, quod Carolus V. *in edicto de anno*  
*30. §.* Item ecclie Obrigkeit haben ihren Unterthanen  
 Protestantium quorundam improbet iniquitatem, usu  
 Religionis antiquæ extra ditionem subditis suis inter-  
 dicentium: Quo jure cum suam Religionem gau-  
 dere voluerit, dubium non est, quin eadem juris æ-  
 quitate erga nostram animatus fuerit: quod eò in-  
 dubitatus est, quo manifestius constat cuivis, quod  
 D. Maxim. II. exercitium privatum in suis hæredi-  
 tariis regionibus permiserit. Hæc Springerus. Cui  
 lucem afferre possunt hæc *in Instrum. Pacis Osnabrug.*  
*§. 12.* ibi, Placuit porro, &c; Quod ipsum nunquam  
 sat laudatus nec sat laudandus *Ferdin. III. inibi. §. 13.* &  
 suis Silesiis indulset, ibi; *permittit, ut ejusmodi Comi-*  
*tes, Barones & Nobiles, illorumq; in prædictis Silesiæ*  
*Ducatibus, subditi ob professionem Augustianæ Conf. lo-*  
*co aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec e-*  
*tiam prohibeantur dictæ Confess. exercitium in locis vici-*  
*nis extra territorium frequentare, modo in reliquis*  
*tranquillè & pacificè vivant.*

*Pax publi-*  
*ca.*  
*inibod*  
 §. XIX. Cum in publicâ tranquillitate & tranqvil-  
 là libertate Rom. Imperii plurimum situm sit, nulli au-  
 tē Reip. salutem tueri magis conveniat, quam Cæsari,  
 ideò felicissimæ memoriæ Imperatores Maximil. I.  
 anno 1495 Wormatiæ, anno 1508 Augustæ, Carolus  
 V. anno 1521 Wormatiæ, anno 1522 Norimbergæ,  
 anno 1548 anno 1551 Augustæ: Ferdinand. I. anno  
 1555 Augustæ, anno 1557 Ratisbonæ, & anno 1559.  
 Augustæ, Maximil. II. anno 1566 Augustæ, anno 1570.  
 Spiræ & anno 1576 Ratisbonæ: Rudolphus II. an. 1594.  
 Ratisbonæ, nec non insequentibus Imperatores, ex plus-  
 quam paternâ curâ pro subditorum commodo, suf-  
 fragantibus Statibus, promulgarunt, ac saluberrimo-  
 rum remedium adminiculis subinde corroborave-  
 runt



runt Constitutionem Pacis publicæ, den Land-Frieden/  
de quâ impræsentiarum nihil addo.

§. X X. Monitum suprâ, omnibus & singulis  
æqvabile jus distribui posse, si leges sint in Rep. sed & si *Inter judi-*  
judicia quâ optimè ordinentur: Jam quo judices *cia Imperii*  
decernere atq; judicare ritè possint; de Jurisdictione *est aulicum*  
constet necessè est, cum hæc sit judiciorum basis atq; *Cæsareum.*  
fundamentum; nec enim judicatum quid dici potest,  
nisi ab eo, cui juris dicendi potestas atq; copia facta  
est; Hanc genericè sumtam definimus legitimam  
potestatem statuendi in criminalibus & civilibus &  
constituti exeqvendi: adeundi *Dn. Reink. lib. 2. cl. 2.*  
*c. 17. n. 3. Arnise. Polit. c. 15. p. 295.* Amplissimus scri-  
bendi campus de hac materiâ sese aperiret, verùm  
enimverò cum publica tantùm Imperii nostri Judicia  
attingere lubeat, hîc uberiores de Jurisdictione co-  
gnitionem hausturos ad Clarissimos amandamos vi-  
ros. Cumq; Jurisdictio omnis importet judicium,  
& de eo præfandum esset, sed cum id instituti ratio  
quoq; prohibeat, sat erit si ipsius addamus hæc defini-  
tionem: Quod judiciû sit legitima controversiæ, quæ  
est inter actorem & reum apud judicem disceptatio &  
dijudicatio. Famosa verò sunt Imperii tribunalia.  
Ordinaria, Aulicum Cæsareum, das Kaysersliche Hoff-  
gerichte/Camerale, Rothwilense & Austregaticum.  
*Judicium Aulicum Cæsareum*, quod & in Comitibus Im-  
perii & in ipsâ Imperatoris aulâ exercetur, quodq; ex  
Germanis Principibus, Comitibus, Baronibus, No-  
bilibus, Doctoribus, aliisque literatis [vide: Transactio  
Passaviensis de an. 1552. d. 2. Aug. Das der Kaysersl. Maj.  
Hoffrâthe so des H. Reichs und der Stände gemeine o-  
der sonderbahre Sachen berathschlagen und erledigen/al-  
so statlich mit Deutschen Râthen besetzt/auch die Deutsche  
Sachen durch Deutsche gehandelt werden/ das  
darob männiglich ein billich Genügen tragen und ha-  
ben möge / adde Capitul. Ferdinand. III. §. 15.]





[ Huic subordinatum esse videtur Secretius Consilium  
 der Keyserliche geheime Rath / ubi causæ Status ratio-  
 nem concernentes discutiuntur ] conflatum est,  
 quodq; Imperii est, hincq; Moguntino ceu Archian-  
 cellario juramento obstringitur [ Dn. Reink. tamen  
 de regim. l. b. i. cl. 4. c. 19. n. 46. dicit, se certio-  
 rem quandoq; factum à quibusdam Consiliariis aulicis, id  
 hodiè usu non servari ] quodq; singulis annis, vel mi-  
 nimum ad biennium, Imperator cum Moguntino vise-  
 re atq; reformare debet; Capitel. *Ferdin. III. art. 44.*  
 Gemelten unserm Hoffrathe wollen wir auch gewisse  
 ordnung und Instruction verassen / die alte revidiren /  
 und bey nechster Reichs Versammlung / im fall es bey leb-  
 zeiten ist regierender Keyserl. Majest. nicht albereit ge-  
 sehen / den gesanten Churfürsten zu ihrem gutachten ü-  
 bergeben / denselben auch Jährlich / oder in zweyen Jah-  
 ren einmal mit zuziehung des Erz-Bischoffen zu Mentz /  
 als Erz-Canzlern visitiren &c: quodq; controversias  
 de Ducatibus Feudisq; Imperii majoribus decidunt.  
*Dn. Reink. d. l. Braudl. epit. jur. publ. lib. 7. c. 8.* Hoc  
 excipit Camerale Dicasterium, Consistorium illud  
 in Imperio supremum, communi Statuum consensu  
 erectum, in quo judices & assessores certâ lege & for-  
 mâ ab Ordinibus nominati postea electi & constituti,  
 juxta ordinatione eis præscriptâ, lites & controversias  
 determinant, cum publicâ judicandi & judicata exe-  
 quendi potestate, omni appellatione interdictâ. *U. R.  
 de anno 1501. Ordin. Cam. p. 1. tit. 3.* Quamvis verò  
 hujus caput solus sit Imperator, appelliteturq; Cam-  
 mer Richter / solusq; Præsides constituat, dicaturq; a-  
 liquando ipsius judicium, non tamen solum Impera-  
 torem, sed omnium Imperii Procerum personas re-  
 præsentat. *Reink. 1. 2. 2.* Jam cum Imperiali lege &  
 Imperatoris Ordinumq; assensu ipsi Jurisdictio dela-  
 ta sit, hanc non delegatam sed ordinariam habebit,  
 quæ,

Camera Spi-  
 rensis.



quæ, licet Imperator vivis excesserit, non expirat, proceditq; in causis penes se captis, etiam Inter-Imperii tempore; nec ibi pendentes causas ad se avocare potest Imperator, nec suspicionis exceptionem metuere necesse habet; *Wurms. exercit. jur. publ. 7. q. 22.* Camera hanc quo ad primam instantiam de certis causis cognoscere & judicare, in pro patulo est; sed num ibi cum eâ Imperator concurrentem Jurisdictionem habeat, difficillimæ disquisitionis res est? hincq; *Ummius disp. 4. ad Process. th. 14. n. 79.* de hoc ita inquit: *Adhuc ego neq; volo, neq; possum decidere, utra opinio veritati propinquior sit: pro utraq; enim magnis contentionibus disceptatur etiam hodieq;.* Nec hoc thema resolvit *Wurms. exercit. 7. q. 25.* Nec sine periculo aut hæc aut illa defendi videtur sententia, cum d. l. Ummius dicat; *Quamquam si omnino unum numero me aggregare debeam, in discursu ostendere velim, in quorum castris tutius militari putem.* Sed enim cum Præceptore *Dn. Reinkingio de regim. l. 2. cl. 2. c. 14.* cujus auctoritati ideò ad surgendum viderur, cum in luce Reip. vivat, rerumq; quarundam Germanicarum ipse auritus & oculatus testis fuerit: nec injure nostro publico instar talpæ cacutiat, sentire lubet, quod à Cæsare causæ in Camera captæ avocari nequeant, cum per viam contractus Camera sortita sit Jurisdictionem, hinc enatum axioma: *per viam contractus Jurisdictio non cumulatived sed privatived concessa intelligitur, Wurms. exercit. 3. q. 15. & exercit. 5. q. 19.* Quorsum Cæsar in *Ordin. Cameral. p. 2. t. 7.* causas majorum Feudorum sibi reservasset, si ipsi se in Cameralia negotia intromittere integrum foret? Cumq; reservatio unius abdicationem cæterorum inducat: & quid expressius his verbis in *Ordin. Camer. p. 2. t. 35.* *Daß dem Cammergerichte sein freier/ tarcker/ unverhinderter Lauff gelassen / und*

*Jurisdictio  
Camera ab  
Imperatore  
privatived  
data.*





darwider nichts gegeben werden soll/ & ibi, das dem  
 Cammergericht/ungehindert einiger Restitution, Sup-  
 plication, Avocation und Auffschläge &c: & his in  
 Capitul. Ferdinand. II. verbis quid potentius? und  
 auch alle andere ordentliche schwebende Rechtfertigungen  
 nicht verhindern noch verbietē/ sondern den freyē starcken  
 Lauff lassen. [Cæterum, dum in Osnabrugicâ  
 Pace utriusq; Religionis Assessores pari numero & in  
 judicio Aulico & Camerali esse debent c. 5. §. 20. re-  
 ctè Wurms. d. exercit. 7. q. 25. persuasum sibi habet  
 non multum interesse videri, sive in judicio Impera-  
 toris aulico, sive in Camerâ agitentur lites.] Funda-  
 tur verò Jurisdictione Cameralis in omnibus Imperii  
 Statibus & Civibus, sed & in omnibus causis, quæ i-  
 psi dijudicandæ expressè permissæ sunt Reink. 2. 2. 14.  
 36. & 3. 1. 10. 44. Wurms. exercit. 7. q. 22. & 23.

Judicium  
 Rottwilen-  
 se.

§. XXI. Judicium Rottwilense, quod in districtu  
 Rottwilano exercetur, non est totius Imperii, sed  
 Cæsaris tantum, respiciens Alsatiam Brisjojam usq;  
 ad Rheni tractum, ab eoq; judicio per viam Appel-  
 lationis causæ ad Cameram devolvuntur, Schönb. lib.  
 5. Polit. cap. 21. Quod dictum fuit, Cameræ Jurisdi-  
 ctionem in omnibus civibus & causis fundari, id ta-  
 men secundum Instantiarum, causarum & persona-  
 rum ordinē intelligendum est. Imperatoris & Procerū  
 consensu ordinatū est, ut Status Imperii primi & secū-  
 di ordinis, primæ instatiæ loco, sive ab immediatis sive  
 à mediatis & subditis conveniantur, forum sortiantur  
 coram judicibus Austregarum, Ordin. Camer. p. 2. t. 3. 4.  
 hæ verò dictæ ab austragen/das die Sache für denselben  
 redlich austragen werde: Judices hosce delegatâ  
 tantum defungi judicandi potestate, patet inde,  
 quod recusari possint; & nudam tantum notionem  
 habent, cum res apud ipsos judicata per Cæsa-  
 rem vel Cameram executioni mandentur. Reink. 2. 2.  
 16. 20. Præterea ad Commissarios hos Imperii perti-  
 nent

Judicium  
 Augustre-  
 garum.



nent illæ causæ ventilandæ, quæ Imperio immediatè  
 subjectæ sunt; hinc à causarum feudalium dijudica-  
 tione Austregaticos judices eximimus, uti & rerum  
 criminalium, cum in Ordin. Camer. ne vestigium  
 quidem ullum appareat, merum Imperium, quod ni-  
 si nominatim alicui conceditur, non transit, ipsis in-  
 dultum esse, & videntur esse quasi Compromissarii:  
 compromissum verò in Criminalibus non admittitur,  
*Reiger. in process. Jur. verbo compromissum in fine;* & quis  
 demum actor & reus sibi benevolentissimum judicem  
 in causâ criminali non eligeret? quod à juris orbitâ  
 devium.

§. XXII. Nondum dememini, punctim suprâ po-  
 testatis Ecclesiasticæ, quâ orbis domini pollent, men-  
 tionem injectam fuisse; animus sedet jam, pluribus  
 sese in jura quædam Ecclesiastica Magistratui seculari  
 competentia immittere, nec enim omnia persequar.  
 Noster Cæsar jus Ecclesiasticum jure regis potestatis  
 à DEO ipsi concessæ habet: *R. A. zu Speier de anno*  
*1544. S. erstlichen der streittigen Religion;* ibi in massen  
 dann wir in Krafft unsers obliegenden Keyserl. Ampts zu  
 befördern schuldig / cui enim potestas & autoritas à  
 DEO data, ea quoq; data censenda, sine quibus ad  
 finem à DEO constitutum perveniri commodè non  
 potest: sine religione autem quæ est tanquam fulcrum  
 & fundamentum Reip. Christianæ ad finem à DEO  
 ordinatum perveniri decenter non potest; ideoq; con-  
 cessâ hac à DEO potestate, Religionis quoq; cura con-  
 cessa censenda: & quot Reges Cæsaresq; pientissimi  
 in Rebusp. Christianis hac potestate usi fuere; instar  
 omnium laudare sufficiat jugem sollicitudinem animi  
 D. Justiniani circa religionem; *Sic l. 1. C. de SS. Trinit.*  
*Cunctos populos, quos Clementia nostræ regit Impe-*  
*rium, in tali volumus religione versari, quâ divū Pe-*  
*trū Apostolū tradidisse Romanis, Religio usq; ad huc*  
 ab

*Jura Eccle-*  
*siastica Im-*  
*peratoris quæ*  
*Tali compe-*  
*tunt.*

*Calendarij*  
*Introitus*  
*et Epistolæ*  
*et Evangelij*  
*et Missæ*  
*et Officij*





ab ipso insinuata declarat: quamq; Pontificem  
 Damasum sequi claret, & Petrum Alexandria  
 Episcopum virum Apostolica sanctitatis: hoc est,  
 ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamq;  
 doctrinam, Patris & Filii & Spiritus Sancti unam  
 Deitatem sub pari Majestate & sub pia Trinitate  
 credamus. De sacrarum scripturarum lectione valde  
 elegans textus est in *Novell. 133. c. 2.* Plurimus  
 itaq; est horum [sacrorum] librorum chorus, & possibile  
 est unicuiq; animum corrigere, atq; rigare sacris  
 scripturis; quas si frequenter legent, nunquam  
 decipientur, nec ad humanas descendunt sollicitudines:  
 cum enim puras licet haurire aquas, lutum quis mallet?  
 dicit Imperator Leo in *Novell. 91.* Quo ergo jure,  
 quare injuriâ Rom. Præsul pro stolâ chlamydem,  
 pro pedo sceptrum, pro codice enservisat? cum  
 maxima culpa sit, immiscere se rei ad se non  
 pertinenti. Ad solum etiam Imperatorem Calendarii  
 introductio spectat; unde enim dignitatum  
 illustriorumq; titulorum emblemata trahunt  
 originem, eò & referre debemus Fastorum  
 ordinem reformationemq; hic enim actus cum  
 purus putus divinus non sit, optimè Imperator  
 ferias condit; dies festos Majestati altissimæ  
 dedicatos Majestas illi supposita ordinat, inq;  
 temeratores placiti sui animadvertit severè.  
 Et flagitat necessitas Reip. quæ Principis est,  
 ut quævis legitimo fiant tempore, fataliaq;  
 præfigantur actionum terminis. Hinc primus  
 ille, qui ad Monarchiam cæteris præmunivit  
 viam, scilicet Julium Sidus, in redintegrandâ  
 suâ Rep. operam incorrigendis Fastis locavit  
 primam. Quo Julii Calendario haud paucis  
 in locis utimur adhuc hodiè. Sed ut ubiq;  
 sic & hîc, Præsul Romanus vindicavit sibi  
 indebitum jus, dum novum Calendarium  
 mundi Dominis obtrudit, nescio ex quo prætorio  
 Imperio: recepere

*Calendarii  
 introductio  
 ad Imperatorem  
 quâ talem  
 pertinet.*





recepere quidem Christianitatis quidam Principes id  
 ipsum, sed quâ res in eorundem stetit arbitrio, nec in-  
 de vel micam potestatis ipsi tribuerunt; Insuperq;  
 cum suspensâ Romanensium Ecclesiasticâ Jurisdictione  
 ne pugnaret, si Fasti Gregoriani, quâ Papales, recipi-  
 endi essent; & pederentim ita caput suum efferre mo-  
 liretur Papa, Hierarchiâq; suâ meditaretur restaura-  
 tionem: Ut silentii peplo involvam, quod errores ex  
 emendato Calendario Mathematicorum quidam filii  
 ante oculos ponant, scilicet sapius Pascha cum Judæis  
 celebrat, & cum hæreticis Quartidecimanis inter-  
 dum duodecimo mense & sic uno anno bis, sequen-  
 tem verò annum absq; celebratione Paschatis peragit.  
*Dn. Remk. 3. 1. 2. n. 13. & seqq. Spring. de Pac.  
 Relig. cap. 6. pag. 80.* Quamvis asserant alii, Lili-  
 ani [dicti ita à Medico Lilio Alvisio, cujus ope Papa  
 hic usus maximè] Calendarii rationem veriorē & ex-  
 actiorem esse veteri; hanc tamen novam æquè voto  
 non satisfacere, sed quoq; illâ scopo divertere conce-  
 dunt.

§ XXIII. Imperatori extra Ecclesiam Episcopo  
 constituto in eo ponenda omnis cura cogitatioq; , ne  
 Ecclesia detrimentum patiat, quod per hæreses fa-  
 cilè fit; cui malo in tempore occurrendum: ubi in-  
 hæreticum, quâ talem, capitali pœnâ animadverti  
 non posse, arbitramur; etenim Religio stilo non pilo  
 defendenda; quis enim me cogat, ut invitus credam?  
 ad rem persuadendam verbis, non verberibus opus:  
 Tria sibi singularia reservasse DEUM, scilicet, ex ni-  
 hilo aliquid facere, futura præscire & conscientis  
 dominari, fassus Poloniarum Rex Stephanus; hincq;  
 cedro dignum, fertq; omnium calculum D. Maxi-  
 miliani II. effatum: Nullam Tyrannidem intole-  
 rabilorē, quàm conscientis imperitare velle, cum  
 F religio

*Hæreticus  
 quâ talis ca-  
 pitaliter pœ-  
 niendus non  
 est.*





religio sit persuadenda, & animis hominum insinuanda: fuit inde spontè; Hæreticum vitâ naturali à Magistratu ob errores suos privari non posse: Quod usus novi Testamenti comprobavit, edixitq; Christus; cum infelix lolium & steriles avenas crescere oporteat usq; ad tempus Angelicæ messis: Imò Gentilium Imperatorum quidam odium aliàs plusquam Vatinianum in Christicolas spirantes, haud inquietarunt quietos Christianos: Laudamus edictum D. Hadriani, ubi hæc habentur; Divus Pater meus Provinciarum Præsilibus rescripsit, ne quid interturbarent hoc genus hominum [Christianos] nisi qui convicti essent, tentasse quippiam contra Rempubl: **Liebenthal** in *Colleg. Polit. exercit. 13. quest. 2.* Sed quî sit, quod Justinianus Sacris Christi imbutus Imperator, poenam ultimi supplicii dictavit hæreticis? sic enim *l. 8. §. 5. C. de heret. rescribit: Ultimo etiam supplicio coerceantur, qui illicita docere tentaverint.* Ad amovendum hoc obstaculum, distinguunt quidam inter sententiam & sententiæ executionem, quasi Imperatores Divi & cum iis Justinianus morti naturali sectarios quidem destinarint, nunquam verò id in actum deduxerint: an acur tacta, judicandum. Alii id intelligunt de capite civili, hoc est, deportatione & exilio. Forteân Eutychnianistæ vel Apollinaristæ à concitatione populi non aberant, dum contra interdictum Imperiale parasynaxes & conventicula illicita collegerant, dum profanam suam perversitatem & infaustam hæresin docebant alios, hinc & ustulatione flammaram in libros eorundem desæviturum, ut facinorosa perversitatis vestigia flammis combusta depereant, æquum namq; ut immanissima sacrilegia par poenæ magnitudo percellat: Hæretici igitur, si vitam  
tran-



tranquillam agant, ultimis subdendi suppliciis non  
 sunt; sin verò seditiosi sint, & blasphemias in DEI  
 Majestatem eructent, in ipsos etiam gladio ultore  
 animadverti poterit, cum detestanda patientia sit,  
 quæ, videns vineam Domini ante oculos ab immanis-  
 simis monstris devastari, connivere velit; quicquid  
 enim lupo in ovili, aper in vinea, id in Ecclesiâ DEI  
 blasphemus & seditiosus hæreticus; hinc in Anaba-  
 ptistas seditiosos Constitutio rutilanti sanguine scripta  
 emanavit, *X. A. zu Speier de anno 1529;*  
 nachdem auch kurtzlich *ibi*; das alle und  
 jede Wiedertäuffer und Wiedergetauffte  
 Manns- und Weibs-Personen / verständi-  
 ges Alters / vom natürlichen Leben zum  
 Tode / mit Feuer / Schwerd / oder der-  
 gleichen / nach Gelegenheit der Personen /  
 ohne vorgehend der Geistlichen Richter  
*Inquisition*, gericht und gebracht werden.  
 Und sollen derselben Friedbrecher / Haupt-  
 sacher / Landläuffer / und die auffrührige  
 Auffwickler des berührten Lasters des  
 Wiedertauuffs / auch die so darauff behar-  
 ren / oder zum andern mal umbfallen / in  
 solchen keines wegese begnadet / sondern  
 gegen Ihnen / vermöge solcher Satzung /  
 ernstlich mit der Straffe behandelt wer-  
 den / *rc. Dn. Reink. lib. 3. cl. 1. cap. 5. q. 29.*

Licet verò Magistratus Ecclesiasticâ quâdam gaudeat  
 potestate, solus tamen non habet jus vocandi Mini-  
 stros Ecclesiasticos, nec pro voluntate dimittendi;  
 etenim ut Ecclesiæ præfiantur idonei Ministri, o-  
 mnium interest; quod verò omnes tangit, ab omni-

*Jus vocandi  
 ministros  
 Ecclesie soli  
 Magistratus  
 non compe-  
 tit.*





bus quoque approbari debet: sicut enim in Ecclesia tres sunt distincti ordines, Presbyterium, Magistratus & plebs; ita in vocandis ministris trium ordinum suffragia suo distincto modo & ratione sunt conjungenda; plebs judicat de vita & moribus, & aliquo etiam modo de dono docendi: Presbyterium in dona inquirat ministerio propria, num sanus sit in doctrina, *et* *in* sanorum verborum teneat, num sit didacticus &c: Magistratus porro sua autoritate gubernat rem, ut omnia legitime gerantur. Vid. Dn. Reink. 3. 1. 6. Avenar. Colleg. Polit. disp. 6. de Magist. tb. 3. lit. t.

*Summum* §. XXIV. Jus Patronatus Ecclesiarum Regium  
*Patronatus* [quod potestas Principis est ad tuendum Ecclesias,  
*jus in Eccle-* quæ se ipsas contra potentiam majorem defendere  
*stas ad Im-* non possunt,] frustra jactitant Pontificii ex indulgen-  
*peratorem,* tiâ Papæ concessum esse Imperatori; etenim cum ipse  
*quæ talem,* Ecclesiarum Nutritius sit, jure certè proprio hoc jus  
*spectat.* conferendi & presentandi competet ipsi; qui enim jure  
 communi munitus est, & fundatam intentionem ha-  
 bet, privilegii indigus non est. Si verò ejusmodi  
 Privilegium circumfertur, arrogantia Thraconice  
 Papparum adscribendum potius, quàm ut ex egestate  
 jurius Imperatoris descendere existimandum sit: nec enim Imperator omnium tantum Templorum  
 antistes est, sed & ab eo Pontifex laudandus, inve-  
 stiendus & in sublimem honoris thronum jure eve-  
 hendus esset. Huc pertinet quoque jus Primariarum  
 precum, [de quo & supra] quod Casari quæ tali com-  
 petit, cujus vi bene meritis vel aliis personis idoneis  
 primarias preces super beneficiis primò vacaturis in  
 Ecclesiis Germaniæ conferre potest, modo per hanc  
 collationem Pacificationi Religiosæ nullum cree-  
 tur.





etur præjudicium. *Vid. Arumæ. ad A. B. discurs. 3. q. Patronus*  
*35. p. m. 158.* Sed numne Patronis Evangelicus Col- *Evangelic*  
 latori Pontificio ministrum Pontificium præsentare *ministrum*  
 debet? Sic utiq; Licet, qui largitate suâ Ecclesiæ *Pontificium*  
 benefecit, quoddam jus quæsitum gratiæ privatum *præsentare*  
 habeat, eò tamen Religionem mutare nequit, cum *debet.*  
 jus purgandæ aut novæ introducendæ religionis pu-  
 blica lex concesserit immediatè Imperio subjectis: eò  
 ergò frustrà adspirat Patronus suo jure brevissimis in-  
 clusus cancellis; dum enim præsentatum censuræ Epi-  
 scopali addixit, desinit prærogativa ipsius omnis & i-  
 pse beneficii conferendi Candidatus probavit se ido-  
 neum si examinanti probetur. Præterea si hoc Au-  
 gustanæ Confessionis Patronis concedendum, idem  
 usurparent Pontificii; cum sine indignatione finen-  
 dum, ut utamur eodem, quod jus in alterum statui-  
 mus: Licetq; in Principum nostrorum territoriis  
 sit Jurisdictio Ecclesiastica Pontificalis suspensa,  
 Patronatus tamen actus Jurisdictionalis non est. *R. A.*  
*de anno 1555. §. Damit auch obberührter*  
*ibi, doch den Geistlichen Churfürsten an*  
*ihrem andern Rechten und Gerechtigkei-*  
*ten unvorgreiflich. Dn. Reink. lib. 3. cl. 1. c. 9.*  
*m. 20. Wurms. exercit. jur. publ. v. q. 17.*

§. XXV. Cum juxta Pacem Religiosam [§. 7. *ibi,*  
 So sol die Geistliche Jurisdiction wider der  
 Augspurgischen Confession, Religion, Glau-  
 ben / Bestellung der Ministerien / Kir-  
 chen-Gebräuchen / Ordnungen und Cere-  
 monien, so sie auffgericht / oder auffrichten  
 möchten / biß zu endlicher Vergleichung  
 der Religion, nicht exercirt, gebrauchet o-  
 der

F 3





der geübet werden / sondern derselben *Reli-*  
*gion*, *Glauben* / *Kirchen-Gebräuchen* /  
*Ordnungen* / *Ceremonien* und *Bestellung*  
*der Ministerien* / *ihren Gang lassen* / und  
*kein Hinderniß* oder *Eintråg* dadurch  
*geschehen* / ] *jura Episcopalia*, *qvo ad ordinem*,  
*L. Diacesanam* & *L. Jurisdictionis*, *qvæ ad Episcopos*  
*Ordinarios jure Canonico spectant*, *suspensa sint in*  
*territoriis Principum nostrorum*, *ad hos pleno & sum-*  
*mo jure translata*, *ipsisq; data vel potius restituta sunt*  
*illa jura*, *ut pro statu Ecclesiæ optimo hæc admini-*  
*strent*. Pro *qvorum administratione* [ *jura enim*  
*ipsa individua sunt Principibus*, ] *duobus mediis u-*  
*tuntur*, *qvæ enim ordinis sunt*, *ut prædicatio publica*  
*verbi divini*, *administratio Sacramentorum*, *pot-*  
*estas ligandi & absolvendi*, & *ipsum ministerium re-*  
*spicientia*, *in ea se non intromittunt*, [ *cum potesta-*  
*tem hic tantum externam usurpent* ] *sed per Superin-*  
*tendentes & ministros Ecclesiæ decenter perficiunt* :  
*Qvæ verò sunt Jurisdictionis Ecclesiasticæ & L. Dia-*  
*cesanæ*, *per Consistoriales expediunt*, *ita*, *ut sive*  
*consensus Statuum provincialium ad hoc accesserit*,  
*sive non*, *tamen hi Status Provinciales omnes*, *ut*  
*subditi*, *hisce juribus Episcopalibus parere necesse*  
*habent*, *cum Imperium Rom. ut nullos cives à fide*  
*Catholicâ alienos*, *ita nec à jure Episcopatus exemptos*  
*ferre potest*, *arg. l. 1. C. de SS. Trinitate. Dn. Reink. l. 3.*  
*cl. 1. cap. 10.* De *fine tam generali qvàm speciali no-*  
*stræ Reipublicæ hic adjicere aliquid supersedeo*; *hinc*  
*inde enim superioribus paragraphis tactum*, *Sato-*  
*rem Reipublicæ nostræ DEU esse*, & *stabilivisse*  
*eam ideò*, *ut Vaticinium Danieliticum de qvatuor*  
*summis Imperiis completeretur* : *sed & ut tranquilli-*  
*tas & aliæ commoditates redundent in subditorum*  
*qvem.*



quemlibet. Proinde nunc vela contrahere, portumq;  
 respicere juvat, omnia enim tam vasti pelagi pervaga-  
 ri & emetiri loca, continuos & ferè infinitos labores  
 exposcit, sed & materiæ gravitas difficultasq; juvenile  
 meum ingenium, judiciumq; admodum tenue exsu-  
 perat multis modis; quod cum ita sit, facilè ab ævis  
 rerum æstimatoribus me veniam erratorum conse-  
 cuturum spero: Qui verò sinistro torvoq; oculo hunc  
 partum meum adspexerint, feram patienter, & il-  
 lud solatii pectori suggeram; Quod invidiæ li-  
 vidæ nihil rectè dicatur scri-  
 baturq;.

DEO LAUS!









00 A 6414

ULB Halle 3  
002 928 094  


12


1017











1593-1593

57

E N T E

# ROMANI

TATORE DEO,  
DENTE

ISS. JCTOR. ORDINE,  
DENTE

## RIDO SVEVO,

no, Curia Electoralis, Sca-  
ica Assessore Gravissimo,  
rono summo animi  
prosequendo.

### ANICAM REMPU- RTATIUNCULA L I C A

*torum examini*  
*tit*

## CHRISTIANUS

Haynâ - Misnicus,  
& R.  
*io Jctorum*  
*Decembr.*

---

BERGÆ,  
*VILHELMI FANCELL,*  
o loc LL

xxxii

1898 6 28